

This photocopy of Lis 'De Metamorpho' file
was made by Gordon Rixon in summer (?) of 1990.

It was his own copy, and he added
page nos, ~~etc~~ marginal notations, etc.

But most of these are ~~etc~~ readily
distinguishable - so we have filed his
photocopy for ease of further copying.

N.B. The sheets in Lis typescript
had got out of order in some previous use
(going backwards, I think), I believe
G.R. has put them in order in this photocopy.

F.E.
10/15/90

Batch II, Folder 37

The great copy [GR]

- not original Ts.

~~wants~~ [FC]
And pp. 34 → look like
a photocopy of a photocopy

F.C. 10/15/90

De Finibus Matrimonii: problematis origo.

1. Origo paedagogica.

Quae sunt notiora quoad se non sunt notiora quoad nos.

Iam vero finis matrimonii primarius est notior quoad se; secundarius autem est notior quoad nos.

Primarius enim est universalior, intellectu cognoscendus; secundarius est particularior, sensu apprehensus.

Quibus confusi apprehensis, eo quod facilius et effacacius ad observantiam sexti adolescentes excitantur per expositionem finis secundarii quam primarii, a favor quidam ortus est expositioni magis personalisticae finium matrimonii.

Unde argumentum pastorale D. Huberti Doms.

2. Origo biologica.

Sedm Aristotelem eiusque sequaces commixtio carnis est intrinsece et simpliciter actus generandi.

Quod progressu scientiarum falsum esse compertum est. Duo classissime sunt distincta: foecunditas quae est in prolem; sexus qui est in unionem. Datur sterilitas sine impotentia sexuali; et datur impotentia sexualis ex deformatione organorum sine sterilitate radicali. Porro, commixtio carnis in se est actuatio potentiarum sexualium; huic actuacioni per se connectitur translatio seminis; at ipsa foecundatio non est intrinsece et simpliciter identificanda cum coitione, sed post multas horas advenit non semper sed in maiore parte casuum.

Quibus cognitis, sunt qui voluerunt foecunditatem in problematiam finem socialem, sexum in mutuum amorem favendum aliosque personales fines ordinari.

Præterea, ita hoc voluerunt, ut vel discriminem inter fines primarium et secundarium negligeretur vel immutaretur.

3. Origo philosophica.

a) Thesis fundamentalis voluntaristarum, nominalistarum, sensistarum, individualistarum est:

*Id-quod-est,-est-individuale-e-sensu,-omnia-sua-possunt-est
individualiter-possidens*

realitas non est quid intrinsece intelligibile

Quare explicant per arbitrarium: puta decreta Dei absoluta quae sunt quia sunt.

Quare reale intrinsece individuale affirmant: id quod est, est individuum concretum, ita individualiter omnia sua possidens, ut omnis intellectio, adventitia et extrinseca et fictitia sit necesse est; e contra, ipsum realiter reale sensu cognoscitur, nam sensus circa particulare versatur.

Matrimonium -- notio anthropologica

Notio anthropologica est quae a posteriori habetur, scil., perspectis factis empiricis, nulla ratione habita eorum quae a priori determinari possunt.

Talis notionis investigatio utilis est ad praeparandam mentem ad considerationes magis abstractas.

Sic matrimonium definiri potest: viri et mulieris consortium vitae stabile atque legitimum.

Elementum genericum est "consortium vitae": hac in vita una est sors plurium; supponit ergo magnam quamdam amicitiam vel necessitatem; dicit communia quodammodo esse vitae gaudia atque aerumnas, ~~lato communia iura ab aliis partis - Est phenomenon simile individuale, sociale, nationali, religiosi~~

Elementum specificum est "viri et mulieris": quod cum non per accidens ponatur sed per se, involvit specificationem huius consortii ex operatione venerea. ~~Si speciatim determinatur studi fructuum, certe formatae communione principia~~

Prima proprietas est stabilitas: potest dare consortium vitae quod de facto ad tempus tantum permanet; sed si per se intenditur tamquam merum experimentum et ad tempus per se duraturum, non est matrimonium. Unde "companionate marriage" non reputatur matrimonium defectu stabilitatis; per se non intenditur esse stabile.

Alia proprietas est legitimitas quae habetur e praescriptis iuris rite impletis.

Matrimonium dicitur monogamicum quod inter unum virum unamque mulierem viget.

Est stricte monogamicum si divortium stricte prohibetur.

Est late monogamicum si divortium late tantum prohibetur, stricte vero maiori vel minori facilitate conceditur.

Polygamia est matrimonium unius viti at complurium mulierum. Quae etiam polygynia dicuntur.

Polyandria est matrimonium unius mulieris et complurium virorum.

Polygamia successiva coincidit cum monogamia late dicta.

In iure romano -- quod interest propter dicta patrum et decreta conciliorum -- legitimitas habebatur tantummodo inter cives pleno iure tales -- matrimonia servorum contubernia dicebantur -- matrimonium civis cum persona ordinis inferioris dicebatur concubinatus. Ex definitione data, contubernia et concubinatus in sensu iuris romani vera matrimonia esse potuerunt; et ut talia ab ecclesia recognoscebarunt.

concupiscentia suum matrimonium tanquam iuris divini et humani communio, etiam iuris participatione unde si alter coniugis impotencye invictus, communio iuris non generaliter idemque non matrimonium

De Matrimonio -- Vetus testamentum -- e DTC 9: 2045-56

Factum: "fecit filios et filias"

Gen 1: 27 28; 2: 18-24. cf. Mt 19: 4-5 6

- a) Deus creavit hominem ad imaginem suam cum differentia sexuali; unde imperavit, Crescite et multiplicamini et replete terram
- b) non est bonum esse hominem solum; faciamus ei adiutorium simile sibi; hoc nunc os ex ossibus meis et caro et carne mea; haec vocabitur virago (ischa) quaniam de viro (ish) sumpta est. Quomobrem relinquit homo patrem suum et matrem, et adhaerabit uxori suae; et erunt duo in carne una. [Non constat utrum "Quomobrem..." ab Adam an hagiographo dicatur]
- c) erat autem uterque nudus... et non erubescabant.
- d) apud Mt. verba Adami "Quomobrem..." citantur sub introductione "dixit (Deus)" a Xto; et additur quod Deus coniunxit, homo non separat

Unde colligitur:

- a) Deus auctor matrimonii
 - Auctor hominis ad imaginem suam cum differentia sexuali, id est cum potentiis et actibus qui natura sua in propagationem generis tendunt
 - Auctor praecepti: Crescite et multiplicamini
 - Auctor unionis stabilis: femina creatur in adiutorium simile sibi; relinquet homo patrem et matrem; adhaerabit uxori suae; erunt duo in carne una
 - Accedit interpretatio authentica: quod Deus coniunxit, homo non separat
 - Notatur concupiscentia a fuisse in prima institutione hominis innuitur contractus matrimonialis: "et adduxit (Deus) eam ad Adam. Et dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis..."
 - Innuitur monogamia: unus homo, una mulier; erunt duo in carne una. Quibuscum haud reconciliatur polygamia simultanea, puta, tres, quattuor,.. in carne una.
- b) Implicite adsunt distinctiones inter legem naturalem: id quod Deus fecit; et legem positivam: id quod Deus iussit. Sed imperia narrata possunt esse ex modo loquendi et pertinere ad legem naturalem.

Certo adest lex positiva quando Xpus dixit: Quod Deus coniunxit, homo non separat.

De Matrimonio -- Vetus Testamentum -- DTC ¶ 2052 ff

a) Peccatum destruit aequalitatem primam coniugum
 Gen. 3 16: Dixit mulieri "Multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos; in dolore paries filios, et sub viti potestate eris; et ipse dominabitur tui."

Gallice, DTC (Crampon ?) "Ton désir se portera vers ton mari et il dominera sur toi"

b) Primus causus polygamiae in SSer nominatus (non culpatus)
 Lamech: Gen 4: 19 ff

c) Abraham polygamus secundum mores codice Hammurabi exhibitos

Gen 16 -- Abraham, Sara sterilis, Agar ex qua Ismael

Gen 17 -- Promissio divina; Sara pariet tibi filium; promissiones circa Isaac

Gen 25 -- Abraham duxit Ceturam; v 5 Dedit Abraham cuncta quae possiderat Isaac; filiis autem concubinarum largitus est munera, et separavit eos ab Isaac filio duo

Abraham non stricte polygamus; uxor est Sara; caeterae sunt ancillae, concubinae; eorumque filii in gradu inferiori reputantur

d) Gen 29: 16 – 30:25 de uxoribus, ancillis et filiis Jacob
 Duæ uxores videtur esse in eodem gradu; duodecim filii ex uxoribus et ancillis sunt in eodem gradu.

e) Exinde disparet principium monogamicum; quamvis adhuc concubinae, uxores secundi gradus, attamen uxores primi gradus sunt plures.

Jud 8 30 Gideon 70 filios habuit

12 8 Abesan 30 filios et 30 filias

12 14 Abdori 40 filios

David: 9 uxores habuit, et plures concubinas (2 Reg 2 2; 3 2-5; 3 13; 5 13-16; 11 27; 3 Reg 1 1)

Salomon: 300 uxores et 700 concubinas 3 Reg 11 1-8

Roboam: 18 uxores et 60 concubinas 2 Par 11 18-23

Joram, de Juda, 42 filios habuit, 4 Reg 10 12-14

Jehu occidit 70 filios Achab regis Israel

f) lex (Deut 21 15-17) vindicat iura primogeniti veri contra primogenitum ex uxore praedilecta

g) post captivitatem disparet luxus polygamicus, forte quia divitiae ita diminutae erant ut haud sufficerint ad plures uxores sustentandas

negat Xpus neque Apostolus reprehendit Iudeos propter polygamiam unde rarum omnino esse factum hunc abusum conici licet

De Matriomonio -- Vetus testamentum -- divortium DTC 9 2053

Non agitur de divortio proprio nomine cum uxor rem initiare non potest; est quaestio tantum de repudio uxoris a marito

De facto hic est casus principalis etiam hodie: sicut articulum in Reader's Digest, (Aug 1941 p 85 ff) e 10 mulieribus quae divortium apud Reno petunt, 9 non volunt; mallent tolerare infidelitatem mariti, qui tamen eas non vult.

SScr pauca omnino de casibus repudii continent: unicus casus clarus est repudium Agar ab Abraham secundum codicem Hammurabi; allegatur casus Michol, uxor David, a rege Saul sublatae et post mortem Salu a David receptae (1 Reg 18 27; 25 44; 2 Reg 3 16) qui tamen casus ad rem esse non videtur, non enim David Michol repudiavit sed Saul eam sustulit

auctores recentiores non vident quaestionem repudii in casu Joseph cum censem Joseph non dum duxisse Mariam

Attamen adest legislatio detinonomica, quae supponit praxim repudiandi uxorem esse receptam, et abusus contineare intendit

- a) Solus maritus potest uxorem repudiare. Non ius bilaterale.
- b) Dantur exceptiones: si maritus falso accusat uxorem quod virgo non erat quando eam accepit (Deut 22 13-19) vel si homo filiam non sponsatam et virginem dehonoravit (concubuerit cum illa) debet eam uxorem ducere; et in utroque asu non datur repudium cunctis diebus vitae suae (Deut 22 28-29)
- c) Requiritur motivum: quod tamen vago modo describitur, 'ervah, probabiliter gravis infirmitas physica inspirant le dégout. Exinde disputationes rabbinaliae: praesertim scholae Hillel et Schammai
- d) Requiritur formalitas: libellus repudii quo attestatur libertas uxoris ut ad novas nuptias convelet -- videtur quod coram testibus (subscribentiibus) tradebatur libellus repudii
- e) Effectus libelli: uxor libera est ad novas nuptias ineundas; prior maritus postquam novas nuptias init repudiata, non potest iterum eam in suum sumere
- f) Non dicitur sed intelligi videtur maritus posse novas inter nuptias; eo enim tempore vigebat polygamia

De Matrimonio -- Vetus Testamentum -- Idealia DTC 9 2055

Non recte aestimantur mores sive ex praxi familiarum divitum et potentium sive ex legislatione.

Polygamia ad divitas restringi videtur saltem in genere; possibilitas divertii opponebatur per amorem mutuum conjugum et amorem erga liberos communem

Ruth: Elimelech unicum habuit uxorem Noemi; post eius mortem uxores duorum eius filiorum monogamorum attestant amorem erga maritos per amorem erga Noemini

Urias (Hittita tamen et non israelita) unam uxorem dilectam habuit. 2 Reg 7 3

Maxime describitur ideale in libro Tobiae: eminent finalitas in liberos procreandos, castitas, mutuus amor

Tob 3 16-18; 6 17; 6 22; 8 5; 8 9

Nihil tale invenitur in tota literatura pagana et antiqua.

Matrimonium apud SSer.

In VT narratur Deus hominem creavisse ad imaginem suam, cum differentia sexuali (quae ideo diaboli inventum dici non potuit), in finem multiplicationis generis humani.

Praeterea, explicatur mulier esse facta in adiutorium hominis sibi simile (non solum pariter ad Dei imaginem sed etiam os ex ossibus et caro ex carne sua), ita ut existat societas maxime intima (duo in carne una) propter quam homo relinquet patrem et matrem et uxori adhaerebit.

At quamvis monogamia sat is si inculcatur, tamen commisso peccato originali, maledicitur mulier et aliis et his etiam verbis "et ipse dominabitur tui, et sub viri potestate eris".

Quae dominatio mulieris, crebrecescente et invalescente peccato, ita in polygamiam atque divortium conduxit ut lex Moysaica hos abusus tolerare et potius restraininge quam extirpare coacta fuabit. Nihilominus, non prorsus obscurata fuisse idealia originis satias apparet tum in libro Ruth, tum in historia Uriæ, tum maxime in libro Tobiae ubi eminent laudes castimoniae, mutui coniugum amoris, et intentionis exclusivæ liberos suscipiendi.

Maximum opus xtianismi in re morali erat restauratio familie. Quod opus audacter est aggressus Dominus noster

Mt 5: 31, 32; Lc 16, 18

Mt 19 1-12; Mc 10 2-12

libellum repudiandi et monogamiam restaurando in puritate pristina. Immo, ulterius laudes virginitatis innuit Mt 19, 12 qua de re plura apostolus Paulus

Rom 7: 1-3 exhibent matrimonium tamquam legem quae tamdiu perdurat quamdiu utriusque coniugis vita mortalis.

1 Cor, amplius hanc materiam tractat: cp 5 excommunicatio incestuosi; cp 6 9ff de fornicatione; cp 7 de matrimonio et virginitate

De Matrimonio -- Novum Testamentum -- DTC 9 2056 fir

Loca principalia sunt:

Mt 5: 31 32; 19 1-12; 22 23 (cf Deut 25 5-10)

Mc 10 2-12

Lc 16 18

Rom 7 1-3

1 Cor 7 1-17 25-40; 11: 3 7-9

Eph 5 22-33

Col 3 18-19

1 Tim 2 11-15; 4 1-3; 5 9-16

Hebr 13: ~~X~~ 4

1 Petr 3 1-7

Quæstiones principales sunt:

Matrimonii indissolubilitas et unitas. *Venerabilis habita filia et uocatio.*

Virginitas et viduitas.

Usus matrimonii xtianus.

Singuli textus sunt breviter percurrenti; fundamentum enim præbent omniam quæ postea in traditione ecclesiae evolvuntur.

De Valore Morali Matrimonii apud Patres: DTC 9 2078 ff

Adversarii:

- a) Rigoristae:
 - Encratistae
 - Gnostici
 - Montanistae
 - Novatiani
 - Ascetici
 - Priscillianistae

- b) Laxistae:
 - Helvidius
 - Jovinianus
 - Vigilantius

Doctrina Ecclesiae:

- a) Comparatio fit non inter coniuges et virgines sed inter statum connubiale et statum virginale; nemo diceret virginem frivolem matrifamilias honestae esse anteponendam.
- b) Distinctio fit inter consilia et praecepta.

Virginitas et viduitas non praecipiuntur sed consultuntur; ita saltiora atque perfectiora sunt ut ideo matrimonium non sit malum.

Patres enucleatius hanc doctrinam proposuerunt, at quaedam interdum obscurabantur.

- a) Comparatio virginitatis et matrimonii
- b) Comparatio viduitatis et matrimonii (hic maior obscuratio propter unicitudinem Xti et ecclesiae ad querum normam matrimonium christianum)

a) Virginitas et Matrimonium : PP saec. II

- Clemens Alex
- Athanas
- Basilius
- Cyrillus Hierosolym
- Greg Nyss
- Ioannes Chrysostomus
- Cyprianus
- Ambrosius
- Hieronymus
- Augustinus

b) Viduitas et 2ae nuptiae:

- Athenagoras
- Clem Alex
- CC graeca saec IV
- Basilius *
- Nazianzenus
- Epiphanius
- Chrysostomus
- Pastor Hermae
- Ambros
- Hieronymus *
- Augustinus

Uti ex a) patet, PP fideliter doctrinam christianam exposuerunt; si qui autem rigorismo favebant circa nuptias repetitas, hoc ideo intelligitur quod difficultate speculativa oppressi vulgo loqui debebant.

De contractu matrimoniali.

Hactenus matrimonium consideravimus anthropologice seu empirice secundum definitionem "viri et mulieris consortium vitae stabile atque legitimum."

Patet tamen tale consortium posse existere quando non debet, et non existere quando debet.

Est ergo matrimonium alio quodam sensu, scilicet, quando dicimus virum maritum, mulierem uxorem, non tantum dicimus quod de facto datur consortium vitae sed dicimus quod dari debetur consortium vitae. Loquimur ergo de aliquo ente morali antecedente, quo existente consortium vitae dari debetur, quo non existente consortium vitae dari non debetur sed peccatum est.

Quid ergo sit matrimonium moraliter sumptum?

- Brevissime est "vinculum matrimoniale" h.e. ens quoddam morale seu intentionale ex quo fluunt obligatio et ius ad tale consortium a. mutua conjugum iura ad actus per se aptos ad proli generationem b. mutua potestas et obligatio ad individuam vitae societatem

Iam vero inter christianos quaestio maximi momentis est quando praecise esse incipiat tale vinculum: est enim indissoluble; et non violatur nisi peccato mortali et iactura vitae aeternae. Quid ergo facit matrimonium? An solus mutuus consensus? an etiam requiritur permissione parentum? an sunt impedimenta dirimentia? an requiruntur formalitates iuridicae, et quaenam praecise? quid facit caerimonia externa? an consummatio matrimonii per commixtionem carnalem pertinet ad ipsum matrimonium?

Quid respondendum singulis his quaestionibus, iam scitis omnes.

Matrimonium in fieri est contractus quo vir et mulier, legitime, sibi mutuo tradunt ius actuum necessariorum ad generandam et educandam problem et se se obligant ad individuam vitae societatem.

Brevius: est contractus, legitimus, mutuus, circa obiectum essentialie

contractus: duorum in idem consensus, obligationem pariens legitimus: inter personas habiles, modo lege prescripto

DB 334 Nicolaus I, circa Bulgaros. | vita in contractu.

Problema matrimonii in fieri.

Matrimonium romanum paganum (Joyce 41)

1. sponsalia, desponsatio: non necessaria sed communiter occurrentia.

elementa desponsationis

- a) arrhae, seu donatio a viro facta uxori futurae (pignus quoddam ^{etatis}) futurae donationis propter nuptias)
- b) anulus pronubus
- c) osculum
- d) determinatio contractus (tabulae sponsales, matrimoniales)

2. vespere ante matrimonium: nuptiae

- a) sponsa induit vestimenta matrisfamilias
- b) velum induit quoddam e colore "flammeum" nominatum
- c) ex hac caeremonia "obnubilatio capitis" est nomen "nubere" "nuptiae"
- d) imponitur corona florum capitibus et sponsi et sponsae flora generatim verbena Veneri sacra

3. dies matrimonii

- a) recitatio tabularum formalis, coram testibus, earumdem subsignatio a personis quibus intererat et a testibus, denique earum ^{ad} traditio sponsae
- b) manuum coniunctio a sponso et sponsa
- c) sacrificium Iovi

4. vespere eiusdem diei

deductio in domum mariti (processio quaedam triumphalis)
 Iher iurius consulter dementem erit (contractus) "consuens" "effectus matrimonialis"
 Matrimonium secundum Nicalaum I ad Bulgarios. (T. Syra.)

1. sponsalia quae futurarum sunt nuptiarum promissa foedera

2. ritus desponsationis

- a) arrhae
- b) anulus
- c) traditio tabularum matrimonialium ad sponsam

3. celebratio missae in qua benedicuntur sponsus et sponda dum velum super capita eorum extenditur

4. coronatio dum ecclesiam egrediuntur ut vitam matrimoniale incipiunt

Contractus matrimonialis in 3 apud paganos, in 2 apud christianos
 Unde apud auctores christianos "desponsatio" duplice sensu adhibebatur
 significans tum sponsalia (verba de future) tum ipsum matrimonium
 (verba de praesenti). Forte influxus iudaicus: Kiddushim erat
 desponsatio, plenum effectum matrimonii exserebat. quamvis sponsa manebat

*propositum in
tempore febris*

Quis fit matrimonium?

12

Problema mediaevale:

- a) tota res matrimonialis ecclesiae relictæ fuit saec X
totus populus xtianus; principes debiles; episcopi principes
- b) praxis confusa
antiqueæ consuetudines romanae et variorum tribuum et nationum
tum in variis regionibus tum in italia septentrionali omnes simul
- c) doctrina vaga: quid sanctum, virginitate minus, tria bona,
usus ad problem
- d) fontes imperfectae: textus non collecti CO, PP; pseudo-textus;
codex Iustinianus inveniendus; *procurari in iustitia monachorum et iuridicorum ordinum*

Progressus mediaevalis.

- a) usque ad Gratianum et Lombardum
- b) periodus-classica Grat et Lomb
- c) periodus subsequens
- d) periodus classica XIII
- e) evaluatio huius progressus | *relatio ante lacra. et contractum*
clandestinitas.

Periodus moderna

- a) ante tridentina
- b) ipsum tridentinum
- c) post tridentinum

CC 1013 CC 10172 CC 113.

Matrimonii finis primarius est prolis generatio atque educatio; cui essentialiter subordinantur fines secundarii, mutuum nempe coniugum adiutorium et honestum concupiscentiae remedium. AAS 36 '44 103

Quod vero dicitur "primaria matrimonii causa et ratio" scilicet communis et spiritualis coniugum profectum, cum in aliis virtutibus tum maxime in caritate christiana, non ipsum institutum matrimoniale secundum se respicit sed personas quae indissolubili totius vitae societate coniunctae intra hanc societatem fini/ultimo intendere principaliter debent. DB 2232 omnium

Fines : ex iure gratia alij sunt (i)
 primarius : qui uno ordine independenti ab aliis sibi ut unus
 secundarius : qui ab eo dependunt
 tertiarius : unus jurius qui deinceps ab aliis in eodem ordinem dependat

Note : causa et communis

DB 2163

4

AAS 36 (1944) 103 De finibus matrimonii

De matrimonii finibus eorumque relatione et ordine his postremis annis nonnulla typis edita prodierunt, quae vel asserunt finem prima-matrimonii non esse prolis generationem, vel fines secundarios non esse fini primario subordinatos, sed ab eo independentes.

5 Hisce in elucubrationibus primarius coniugii finis alius ab aliis designatur, at ex. gr.: coniugum per omnimodam vitae actionisque communionem complementum ac personalis perfectio; coniugum mutuus amor atque unio fovenda ac perficienda per psychicam et somaticam propriae personae traditionem; et huiusmodi alia plura.

10 In iisdem scriptis interdum, verbis in documentis Ecclesiae occurrentibus (uti sunt v. gr. finis, primarius, secundarius) sensus tribuitur qui cum his vocibus, secundum communem theologorum usum, non congruit.

15 Novatus hic cogitandi et loquendi modus natus est ad errores et incertitudines fovendas; quibus avertendis prospicientes Emi et Revmi Patres huius Supramae Sacrae Congregationis, rebus fidei et morum tutandis praepositi, in consessu plenario feriae IV, die 29 Martii 1944 habito, proposito sibi dubio: "An admitti possit quorundam recentiorum sententia, qui vel negant finem primarium matrimonii esse prolis generationem et educationem, vel docent fines secundarios non esse essentialiter subordinatos, sed esse aequae principales et independentes"; respondendum decreverunt: Negative.

20 25 Et in audience, feria V, die 30 eiusdem mensis et anni, Exemo ac Revmo Domino Adiutori Sancti Officii impetrata, SSMus D N D Pius divina Providentia Papa XII, de omnibus habita relatione, praesens decretum adprobare dignatus est, ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 1 Aprilis 1944
→ Quia haec sententia, finis secundarius si neque independentes neque principales sed secundarii subordinatos.
Duplex adest censura, alia principalis, alia in praembulis.

Finis principalis est prolis generatio et educatio, fines secundarii sunt huic primario essentialiter subordinati, non autem aequae principales neque independentes.

Adest novatus cogitandi et loquendi modus qui natus est ad errores et incertitudines exx fovendas

a) asserere finem primarium esse coniugum complementum ac personalem perfectionem; vel esse amorem unionemque fovendam.

b) attribuere sensum verbis in documentis ecclesiae occurrentibus (finis, primarius, secundarius) alium quam qui secundum communem theologorum usum recipitur [stricto agitur de interpretatione documentorum ecclesiasticorum; late extenditur ad canonizationem usus communis theologorum]

Proprie censura est de fine primario et de essentiali subordinatione "admitti non potest"; alia est reprobatio "natus ad errores et incertitudines fovendas"

b) Porro, eiusmodi voluntarismus, nominalismus, sensismus, individualismus dividitur in conscientium et inconscientium.

Conscientia est qui explicito systemate philosophico exprimitur atque affirmatur.

Inconscientia est qui ex defectu purificationis et analyseos remanet in mentibus et manifestatur in opinionibus eorum qui explicito systemate reiciunt voluntarismum, nominalismum, sensismum, individualismum, etc.

Iam vero hic modus inconscientia longe latenter spargitur inter ipsos scholasticos. Modus vero conscientia nominalismo mediaevali, renascentia artistica, irrationalismo protestantico vere dominatur in omnibus systematibus modernis praeter idealistica; et quodammodo etiam in idealismo (quatenus enim idealistae affirmant notionem realitatis involvere contradictiones, hoc faciunt quia realitatem ad modum nominalistarum concipiunt).

c) Ex quo factum est ut ipsa ratio finalitatis etiam inter scholasticos vel non intelligatur vel male intelligatur.

a' Gradatio finium est secundum principium: quo universalior eo melior. Nam quo universalius quid est, eo minus habet de potentia actum limitante, eo magis habet de actu seu de perfectione.

Porro, uti patet eiusmodi gradationem nominalistis esse fictionem; reale est individuum; quo magis universale, eo magis abstractum, eo magis irreale, eo minus bonum et minus perfectum.

b) Proinde in eiusmodi confusione emergit error Baii qui inficit dogma "gratiam esse gratiam quia gratuitam" // radicem

Ex adverso nitentes theologi, centrum et ~~finalitatis~~ finalitatis inveniunt theologie multi in ratione debiti, exigentiae; ita ut finis naturalis sit id quod exigitur et debetur; gratia autem id quod non exigitur neque debetur.

Uti patet, exigentiae et debita non sunt prima ex quibus alia in theoria finalitatis, sed ipsa sunt consecutaria.

Praeterea, secundo de exigentia et debitis, multis et variis ambiguitatibus est obnoxius. Certissimum est Deum esse simpliciter liberum in omnibus suis operibus ad extra et non tantum in donis gratiae. Tantummodo secundum quid datur sermo de exigentia et debitis naturalibus.

c' Quo usque speculandi imbecillitas sit progressa, exemplo sit eminentissimus-Thomista, R.P.-Garrigou-La grange, vel finis creationis vel naturale desiderium videndi Deum.

Circa finem creationis notae contradictiones a P Dornelly [TS 141, p. 5f] sunt expositae: idem auctores asserunt finem Dei creantis absolute supremum esse aliquid distinctum a Deo et creatum, nempe, gloriam suam externam et tamen negare Deum sibi aliam bonitatem quam suam tamquam motivum sua voluntatis habere.

Circa naturale desiderium cum desiderium naturale eius probat exigentiam et finem, naturale desiderium beatitudinis visionis beatificae prorsus reiciunt; uti ait P. Garrigou Lagrange dicere visionem beatificam esse naturalem quoad appetitionem, supernaturem quodd media et adeptioriem, est negare ipsum principium finalitatis. Nihilominus haec distinctio est trium saltem doctorum ecclesiae, Alb M, Thom, Bell. Cf. de Lubac, La notion du surnatural, NRT 61 1934

4. Grigo theologica.

Elementa scripturistica (duo in carne una; sacramentum Xti et ecclesiae)

reactio contra strictiores notiones antiquorum, Aug et sequacium mediaevalium, augmentata reactione contra intellectualismum

scilicet, psychologicum scrutinium intimum virium psychicarum, romanticismus cum vulgaris tum specialis

Heidegger: perspicere sensum rerum et eventuum modo magis profundo est opus philosophicum

Scriptores: Esprit, personalismus contra individualismum, supponitur quaedam adequata distinctio inter individuum et personam; non notatur ipsa personalitas humana tamquam pars corporis mystici

Incapacitas speculativa: propter quod unum quodque, et illud magis -- credunt unionem quia supposito magis immediatam ergo et intelligibilitate et finalitate — respunt ags extensum que vocant

respunt aliquid de homine tamquam animal, eg Doms contra Thomam

De Finibus Matrimonii: Sacra Scriptura.

Tres fines assignantur: proles, mutuum adiutorium, remedium concupiscentie

- a) proles: Gen 1, 27-28, ubi implicite sed clare docetur ideo masculum et feminam creavit eos ut crescant et multiplicentur; praeceptum enim sequitur narrationem facti.
- b) mutuum adiutorium: Gen 2: 18-24, ubi clare et explicite feminam in adiutorium mariti; reciprocitas ex "duo in carne una" Eph 5 22-33
- c) honestum remedium: 1 Cor 7, 9, ubi saltem nubere est minus malum quam uri
1 Cor 7, 1, bonum homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem... scilicet ne fiat fornicatio, unusquisque matrimonium ineat

Fines comparantur

- a) Vetus testamentum gravissime reprehendit peccatum Onae contra naturam (Gen 38, 8 f) quod triplicem finem excludit. Non tamen reprehendit polygamiam vel divortium quae sunt contra mutuum adiutorium, at non impediunt quin generentur filii et filiae in-familiis-late-dictis
- b) Laudat puram intentionem prolis suscipiendae.
Tob 6 22 angelus dicit "accipies coniugem cum amore-D timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus"
Tob 8 9 Tobias dicit "non luxuriae causa accipio eororem meam coniugem sed sola posteritatis dilectione"
cf. Tob 3 16-18; 6 17; 8 5 -- oppositio est ad exclusionem Dei a mente, sola libidinis causa matrimonii statum et usum -- non stricte comparantur proles et mutuum adiutorium, sed proles et forsan honestum remedium

Patres: in genere, supponunt finem esse prolis generationem; et strictiores sunt ita ut doctrina adversariorum haud eis accipiatur

Augustinus: unicum finem citra amorem cumpam esse prolis generationem.

Theol. Mediaevales: ¹⁾ sequuntur Augustinum in doctrina de excusatione matrimonii; ita Albertus, TS 1943; ita Thomas Suppl q 49 aa 1 et 4. ²⁾ explicant polygamiam et divortium patriarcharum et VT generatim potuisse a Deo permitti quia non contra finem primarium simpliciter sed tantum secundum quid (berne esse educationem), directe vero esse contra secundarium finem, bonum fidei.

Theol. recentiores: minus rigidi quam Aug et theol. med.; et rationabiliter ut videtur, quia Aug non agnoscit donum integratitatem tam praeternaturale contra patrem et fratrem

13. De Causis in Genere.

Quatenus inter duos (vel plures) terminos relatio causalitatis intercedit, alius terminus denominatur causa, et alius denominatur effectus. Unde rationem "causæ" vel "effectus" inspicere est præprimis relationem intercedentem investigare atque enucleare.

Causalitatis relatio realis per se effectui inhaeret. Causa est causa vel potentialiter vel actualiter; at potentialiter ratione perfectionis suae intrinsecæ, actualiter vero ratione termini ad se relati ut dependentis.

Tot sunt causarum genera quot sunt dependentiae modi. Iam vero dependentia est aut ab extrinsecis aut ab intrinsecis; et quatenus ab extrinsecis est, aut ab alio tamquam a quo est vel fit hoc aliquid, aut ab alio tamquam cuius gratia est vel fit; quatenus autem ab intrinsecis est, aut ab alio tamquam quo est id quod est, aut ab alio tamquam in quo vel ex quo est vel fit. Unde genera causarum sunt: efficiens, finalis, formalis, et materialis.

Praeter genera causarum etiam gradus distinguuntur oportet. Ideo vero gradus distinguuntur quod ipsum dependere (quo effectus ad causam refertur) aut simpliciter independens aut simpliciter dependens aut in suo ordine independens aut in suo ordine dependens est. Quare causalitas divina, quæ simpliciter independens est, dicitur incausa, prima, absoluta; causalitas vero creaturae, quæ est simpliciter dependens, dicitur causa, secunda, conditionata. Causalitas vero creaturae in suo ordine aut independens aut dependens esse potest: unde secernuntur causa efficiens principalis et instrumentum, finis primarius et secundarius, forma substantialis et accidentalis, materia et dispositio, potentia et habitus. In suo ordine independentes sunt causa efficiens principalis, finis primarius, forma substantialis, materia, potentia; at in suo ordine dependentes sunt instrumentum, finis secundarius, forma accidentalis, dispositio, habitus, quatenus quod ab his dependet, magis ab illis in eadem causalitatis linea dependet.

Finis absolutus, primarius, secundarius; medium.

Qui quaerit finem, aut quaerit absolute, aut quaerit relative. Qui quaerit absolute, non ponit limites intra quas restringitur quaestio. Qui quaerit relative, ponit limites intra quas quaestio restringitur.

Qui invenit finem, aut invenit finem simpliter, aut invenit finem secundum quid. Qui invenit finem simpliciter, ei non reddit quaestio, "cuius gratia sit iste finis inventus"? Qui vero invenit finem secundum quid, ei reddit quaestio, "cuius gratia sit iste finis qui secundum quid tantum est finis"?

Positis his distinctionibus inter quaestionem absolutam et relativam, inter finem simpliciter et finem secundum quid, iam definiri possunt finis absolutus, finis primarius, finis secundarius, et merum medium.

Finis absolutus est qui absolute querenti invenitur finis simpliciter. (Criterion: quaestio non restringitur et non reddit).

Finis primarius est qui absolute quidem invenitur finis secundum quid sed relative ad quemdam ordinem finitum seu determinatum invenitur finis simpliciter. (Criterion: si quaestio non restringitur, reddit; si modo convenienti restringitur, non reddit).

Finis secundarius est qui tam relative quam absolute inveniatur finis secundum quid. (Criterion: quaestioni aliquatenus respondetur; sed etiamsi restringitur, reddit).

Merum denique medium est quod tam relative quam absolute neque simpliciter neque secundum quid est finis, sed tantummodo propter finem. (Criterion: quaestio non potest redire quia non dum ei respondetur).

2. Finis secundarius: comparantur decretum et analysis praecedens.

Secundum decretum finis secundarius (saltem in te matrimoniali) est

- a) neque independens a fine primario
- b) neque primario aequae principialis
- c) sed primario essentialiter subordinatus

Quaeritur utrum finis secundarius uti in antecessis definitus has proprietates habeat.

Et videtur affirmative respondendum.

Nam prout definitur, secundarius finis non est independens; est enim finis circa quem reddit quaestio, cuius gratia sit ipse hic finis; patet ergo quod ex definitione pendet a fine ulteriore et quidem pendet in ipso suo ordine.

Deinde non est aequae principalis: circa enim finem secundarium reddit quaestio, cuius gratia sit; at intra ordinem in quo quaeritur non ita reddit quaestio circa finem primarium.

Tertio, finis secundarius primario subordinatur in data definitione; primarius enim finis est aequae-pendet finis secundarius.

Quarta, quatenus definitiones verificantur ex ipsa rei natura de qua quaeritur, haec subordinatio est essentialis, quippe quae ab in ipsa natura fundatur seu in iis quae per se sunt.

Quinto, quatenus definitiones verificantur in natura quadam quae contingenter attingit finem suum primarium, fieri potest ut accidentaliter et de facto non subordinatur secundarius finis primario; id quod etiam exigit decreti sensus; nam in sterilibus, accidentaliter et de facto {quamvis-nem-essentialiter-neque-per-se} non subordinatur secundarius finis primario.

Problema finalitatis. *ex occupata definitio St. Thomas - id in genere per argumentum ordinatur*

Ex praecoccupatione apologetica ut philosophia sit autonoma et quasi a theologia independens secundum varas apparentias finis operis non definitur scdm ultimam suam rationem intrinsecam sed scdm aliquam consequentiam

Definitur enim: id in quod res natura sua ordinatur

Ubi vis definitionis in eo est quod natura est manifestatio ordinationis divinae in finem a Deo intentum

Etiam philosophice prima causa est Deus, et de fine non est philosophandum ac si esset quid cuius ultima ratio in creatis invenitur

Praeterea nomen "natura" est ambigua: saltem enim tripliciter dicitur natura

- 1) forma accidentalis: principium intrinsecum motus et quietis
- 2) essentia, ex qua proficiunt omnes formae vel potentiae accidentales
- 3) rerum natura, ordo universi, unde de beneficentiam naturae, de ordine naturae, etc loquimur

Praeterea, omnis sensus est ad rem

I 65 2 c fin -- I 60 5 c 1m etc -- I 15 2 (melius CG III 64)

Praeterea, id in quod natura ordinatur, est absurdum

Unde de exigentibus maximis sermo,

Exempla ex arte factis afferuntur

Deinde inter desideria efficacia et inefficacia requiritur distinctio -- aut negatur naturalis desiderium videndi Deum

Proinde de exigentibus multa loquela

Denique ipse ordo universi -- de quo maxime curat Deus in rebus creatis CG III 64 -- parvus vel nullus sermo

Problem — finis peripheriae et membrinae

22A

id est quod quis naturam ordinatur

quid ergo sit "natura sua ordinari"

- membranae — 1) per ordinatorem
in rebus particulis et grossis
et eiusque operacione — antedictis in singulari
in multis
consequens ratione applicationis
ratione suorum operum

2) per finem

unum syntheticae compositione ex multorum et
diversorum operibus

3) per finem inter medium

4) qualiter sit

ex parte syntheticae operationis

5) qualiter in ordinari ratione

accidentes
instrumenta
utriusque

6) qualiter aliud elementum vel potest aliud elementum

7) quae sint normatio

8) diversi finium

9) applicatus ratione

Problema finis opus ut id in quod operis natura ordinatur (23) :

exempli sunt statuta -

præterea - natura ordinatur in superiora - & naturali dividitur

præterea - "natura" supponit pro voluntate dei præterea manifestata

quæcumque ergo sit ita dei voluntates

præterea - finis est bonum commune - magis in numeris
quæcumque singulare - [in communem operis: tunc, non in
eiusmodi, nimirum, etiam, nimirum]

1. Finis: id cuius gratia aliquid fit vel est.
Finis a posteriori: scilicet, id quod actum est, loquitur
~~distinguitur a fine potentiae seu bono seu fine a priori~~

2. Finis operantis et operis.

Finis operantis est is qui impellit agentem ad agendum.
Finis operis est id in quod agens ordinat opus suum.

Quae distinctio non est adaequata.

Finis operis dicit ordinem operum.

Finis operantis dicit ordinem vel volitionum vel volitorum.

Iam vero in Deo non habetur ordo volitionum, nam Deus est unica quaedam volitio, actus primus purus. Habetur tamen ordo volitorum, secundum illud "Deus non vult hoc quia vult illud (ordo volitionum) sed vult hoc esse propter illud (ordo volitorum)."

At ordo volitorum coincidit cum ordine operum: omnia enim entia finita sunt et volita a Deo et opera Dei; at operibus Dei non aliis inest ordo quam quæ Deus vult, sed idem prorsus ordo quem Deus vult rebus inest quia Deus vult.

Praeterea, in creaturis aliis potest esse ordo volitionum et ordo operum: at pariter volitiones atque opera creaturarum sunt et volita a Deo et opera Dei.

~~postea ne præmissis~~

3. Finis operis vel absolute vel relative normativus.

Omnis finis operis est normativus: agens enim operi suo non tantum imprimet esse sed etiam ordinationem in finem; quatenus vero opus ordinatur, subest normæ vel regulæ.

At non omnis finis operis est pariter normativus.

Pro qualitate enim agentis diversificantur operum ordinaciones. Pariter sane omnis artifex suum opus ordinat; at non pari auctoritate operi suo dominatur.

Finis operis absolute normativus est id in quod opus suum a Deo agente ordinatur.

Finis operis relative normativus est id in quod opus suum a creature agente ordinatur.

4. Finis operis absolute normativus vel antecedens vel simultaneus.

Ordinatio operum divina primo et essentialiter inest menti divinae; secundo vero et derivative ipsis operibus imprimitur, et quidem dupliceiter

Primo modo, quatenus Deus operibus suis imprimet naturas quibus sponte quadam sua procedunt opera in fines a Deo intentos.

21. Finis operis absolute normativus.

Circa finem operis absolute normativum, tria sunt consideranda:

- 1) ipsam Dei ordinationem operis sui in finem;
- 2) proprietates finium in quos est ordinatio divina;
- 3) divisiones horum finium.

1. Ipsa divina ordinatio.

a) Ipsa divina ordinatio dupliciter existit: primo et essentialiter, secundo et derivative.

Primo et essentialiter ipsa divina ordinatio existit in mente divina ordinante.

Secundo et derivative haec ordinatio operibus Dei imprimitur quatenus actu in finem ordinantur atque producuntur.

b) Prout rebus imprimitur, divina ordinatio est duplex: alia est antecedens, alia concomitans.

Divina ordinatio operibus impressa est antecedens quae permanenter ipsis operibus inditur ut sponte quasi sua in finem a Deo intentum procedant.

Quae antecedens et permanens impressio identificatur cum rerum naturis, h.e. cum essentiis atque potentiis ex essentia profluentibus.

Divina ordinatio operibus impressa est concomitans quae transeuntem eis inest; qua impressione singulas naturas in singulis operationibus Deus regit atque gubernat.

Haec transiens et concomitans impressio identificanda est cum concursu divino seu rerum applicatione; in eo consistit quod sola causa universalis omnium potest esse causa per se eius quod omnes prorsus conditiones impleantur ut hoc agens hoc loco et tempore in hoc patiens hunc effectum actualiter producat.

c) Divina ordinatio rebus impressa necessario est efficax; at pro diversitate impressionis, diversa est efficacia.

Quatenus operibus naturae imprimuntur, datur efficacia praevia sed in abstracto: per se natura suum finem attingit, et tamen in quolibet casu per accidens a fine impediri potest.

Quatenus singulae naturae ad singulas operationes applicantur, datur efficacia quae, ratione Dei agentis, est inconditionata sed, ratione ipsius applicationis creatae, est inconditionata in non-liberis, conditionata in liberis.

Denique quatenus eadem natura multis imprimitur, datur efficacia praevia atque concreta ut quedam multorum proportio de facto ad finem pertingat.

2^o Finis operis absolute normativus; 1) ipsa divina ordinatio. 25

2^o 2 d) Quae tertia efficacia maximi momenti est.

Manifeste enim Deus hac tertia efficacia utitur in ordinandis rebus materialibus in finem: puta multitudinem membrorum ad speciem conservandam, apparenter superfluum multitudinem semen et spermatozoön ad speciem propagandam. Addit quod recentiores de ipsis naturis speculati sunt: theoriam physicam "quantum" dictam; definitionem speciei biologicae tamquam lineam maximam probabilitatis; theoriam embryologicam evolutionis.

Huius efficacie fundamentum in eo est quod, supposita realitatis intelligibilitate, id quod frequenter et constanter occurrit causis per accidens attribui non potest.

Quare si eadem natura multis inest, constanter et frequenter a fine per accidens impediti non potest; ergo non solum natura per se in finem tendit, sed etiam in maiore parte de facto ad ipsum finem pertingat necesse est; secus supponenda esset alia natura quae per se tendit in impeditionem prioris naturae.

Obiective ergo existit vera lex dicta magnorum numerorum, quae subiective nominatur lex probabilitatis et exactae calculationi mathematicae subest.

Quod vero Deus hac lege obiectiva utitur, non est ex imperfectione Dei sed ex perfectione Dei et ex imperfectione rerum ordinandarum.

Est ex imperfectione rei ordinandae, nam haec, cum sit finita, contingens sit in operatione sua necesse est.

Est ex perfectione Dei: Deus enim non ordinat res secundum libitum arbitrarium, quod falso supponunt qui Deum ad modum cuiusdam dictatoris omnipotentis concipiunt, sed secundum intelligentiam quae divina essentia fundatur et creatis imprimitur.

e) Quibus positis, recapitulandum est:

Ordinatio divina primo et essentialiter menti divinae inest. At secundo et derivative ipsis operibus ordinandis imprimitur.

Imprimitur permanenter et ita est ipsa rei natura seu essentia ex qua profluunt potentiae commensuratae.

Quatenus imprimitur natura, per se finem opus finem pertingit, at in quolibet casu a fine impediti potest per accidens.

Quatenus vero multis eadem natura imprimitur, non solum per se sed etiam ex maiore parte de facto natura finem attingit; secus in universo intelligibiliter composito requirebetur causa per se impeditio frequentis et constantis.

Quatenus denique in minore parte natura rebus impressa a fine deficit, praebetur materia libera, utilis, ordinabilis, ordinanda, et ordinata in alios fines: libera quia a proprio fine deficit; utilis, quia eadem est omnium materia; ordinabilis, quia adest causa superior capax ordinandi; ordinanda, quia Deus nihil facit praeter; ordinata, quia datur impressio divina concomitans.

quatuor hoc convenit Deo
quae a fato disponit inferiora in suum finem impinguare

corvus 2^o
3^o 3
3^o 3

26

26.1 Finis operis absolute normativus.

26.2 2. Proprietates.

26.3 a Finis operis absolute normativus est unus synthetice compositus ex operationibus multorum et diversorum.

Unum: indivisum in se et divisum a quolibet alio.

Unitas simplicitatis: et simpliciter et secundum quid in se est indivisum.

Unitas totius compositi: simpliciter est in se indivisum, secundum quid est in se divisum, nempe, ratione partium.

Unitas compositi habetur vel per formam intrinsecam (sive haec sit forma inferior educta sive forma superior infusa uti anima humana) vel per formam eminentem (in theoria actuationis finitae per actum infinitum) vel per formam intellectualem causae efficientis principalis (liber est unus ex ordine litterarum, nominum, sententiarum; symphonia est una ex ordine sonorum).

Quod finis est multorum et diversorum dupliciter constat: primo, ex facto quod multa et diversa ad finem ordinantur; secundo, argumentatione, scilicet, finis est manifestatio ad extra perfectionis divinae, quae infinita perfectio nisi per maximam varietatem perfectionum finitarum manifestari non potest, cf. I, 47, 1, c.

26.6 Quod finis est ex operationibus multorum et diversorum constat, primo negative quatenus esse multorum et diversorum non est ipse finis sed id quod ad finem est ordinandum, secunda positive quatenus finis est ultima rei perfectio quae in actu secundo seu operatione consistit.

Saltem inadequate operationes multorum et diversorum identificantur cum fine, secus multa et diversa finem non attingerent. At non adequate cum fine identificantur, nam finis est unus, operationes vero pariter multae sunt et diversae atque ipsa operantia.

Quod denique finis necessario est unus duplicitate constat.

Primo, ex eo quod finis habet rationem actus et perfectionis. Nam vero multiplicitas et diversitas habent rationem potentiae, ~~sunt propter actum sibi competentem~~; scilicet, unitatem. Omnis autem potentia est propter actum sibi competentem; et actus competens multiplicati et diversitati est unitas; ergo multiplicitas et diversitas est propter unitatem tamquam finem.

N.B. Argumentum valet tantummodo pro ea multiplicitate et diversitate quae unitati opponuntur; proinde pura relationum oppositio uti in SS. Trinitate est quidem diversitas quae tamen unitati non opponitur sed cum simplicitate realiter identificatur; haec ergo diversitas et multiplicitas non habet rationem potentiae, sed omnis alia habet.

27

27.1 Deinde unitas finis constat ex natura ordinatio[n]is in finem.
Per suum enim intellectum Deus multa et diversa in finem
ordinat. Intellectus vero est facere synthesin: sicut intellectus
speculativi est facere synthesis, quatenus per unum multa appre-
hendit, ita intellectus practici est facere synthesis, quatenus
per multa media uno effectum producit et unum finem attingat.
Quia ergo Deus per suum intellectum res in finem ordinat, sequitur
finem a Deo intentum esse unum.

27.2 Est ergo finis operis absolute normativus unum quoddam totum,
quod materialiter est multitudo operationum, quod formaliter est
harum operationum synthesis, unitas, ordo, symphonie.

27.3 b ^{per se} Quod singulae naturae sunt inclinaciones non in ipsum finem
supra descriptum sed in fines intermedios.

27.4 Natura: essentia rei una cum potentias quae ex essentia profluunt.
Finis intermedium: bonum quoddam per quod efficitur id quod
ultimo intenditur.

Finis supra descriptus: duo includit. Sub aspectu materiali
est multitudo operationum. Sub aspectu formali ~~maxim~~ est synthesis,
ordo, unitas, harmonia omnium operationum.

27.5 Natura non est inclinatio in ipsum finem supra descriptum.
Singulae enim naturae inclinantur non in omnes prorsus operationes
sed quaeque in operationes proprias.

Praeterea, singulae naturae non inclinantur in ipsam omnium
synthesis quatenus est synthesis omnium. Nisi enim haec synthesis
excederet proportionem cuiuslibet naturae, superfluum esset multis
et diversas naturas creare et in finem ordinare.

Alia ex parte natura non inclinatur tantummodo in operationem
et nullatenus in operationum synthesis: secus operationes peractae
in synthesis maxima conflari non possent.

Natura ergo singula sicut est ~~maxim~~ inclinatio in partem
finis materialiter spectati, scilicet in operationem suam, ita etiam
est inclinatio in partem finis formaliter spectati, scilicet in
debitam illam sub-co-super-ordinationem, ut peractae operationes ^{secundi}
singulae ita ad omnes alias se habeant, ut ex omnibus simul exsurget
ordo, unitas, synthesis, symphonie.

27.6 Proinde, quatenus singulae naturae inclinantur in operationes
suas debite sub-co-super-ordinates, inclinantur in fines inter-
medios.

Tales enim operationes sunt fines: habent enim rationem actus
secundi, ultimae perfectionis.

Sunt etiam fines intermedii: sunt enim tales ut ^{ex us pratis} ex parte
exsurget omnium synthesis, ordo, unitas, symphonie.

* ~~per actus~~
~~pratis~~
peractae operationes

c Quales sint hi fines intermedii.

Natura horum finium intermediorum ex tribus maxime apparet; quare considerandum est, primo, quid sit synthesis progressiva, deinde, quod ordo universi est synthesis progressiva, tertio, quae nam sit elementorum habitudo ad synthesis progressivam.

Primo, ergo, quid sit synthesis progressiva.

In omni synthesis invenitur principium unitatis et multitudo elementorum quae unitantur.

Synthesis progressiva in eo est quod ipsa elementa sunt synthesis elementorum inferiorum.

Ita qui legit librum, primo facit synthesis litterarum singularum in nomina, deinde nominum in sententias, tertio sententiarum in paragraphos, quarto paragraphorum in capata, quinto capitum in totum opus. Pariter qui audit symphoniam, facit synthesis vibrationum in aere ut audiantur soni, facit synthesis sonorum in audiatur melodia, facit synthesis melodiarum ut audiatur pars operis, et facit synthesis partium unde auditur ipsa symphonia.

d Deinde, ordo universi est synthesis progressiva: nempe est synthesis synthesison inferiorum, et haec inferiora sunt synthesis synthesison minorum, et ita porro. Quod tamen non una et simplici linea sed lineis pluribus et synthesis inter se unitis factum est. ~~sed una linea synthesis audent, sed hincas unitatis et unitate.~~

Prima linea synthesis progressivae est substantialis: nempe, per formas eductas vel infusas substantiae inferiores mutantur in superiores, in materiam substantiae superioris.

Ita elementa physica (electrones, prota, etc.) in elementa chimica; elementa chimica in composita chimica; composita chimica in viventia.

Altera et quasi parallela linea synthesis progressivae est accidentalis, quae vel interna est vel externa.

Synthesis progressiva accidentalis et interna exemplo sit quod egestat in homine processus physici, chimici, biologici progressiva synthesis in cognitionem sensitivam ducunt; multae cognitiones sensitivae in unum experimentum; multa experimenta in unum actum intelligendi; multi actus intelligendi in unum habitum scientiae; multi habitus scientiae in uno homine exculto.

Synthesis progressiva accidentalis et externa exemplo sit nutritio: elementa physica transeunt in chimica, quibus plantae nutriuntur; animalia plantis; carnivora animalibus.

Haec triplex linea, substantialis nempe, accidentalis interna, et accidentalis externa, est linea ascensionis genericae: datur ordo physicus, chimicus, vitalis, animalis, humanus; quae genera pro diversitate materiae in unitatem redactae, pro diversitate modorum deductionis in diversitates specificas dipescuntur.

At praeter has lineas ascensionis dantur etiam synthesis consolidationis.

Una quaeque substantia est synthesis concreta omnium suarum partium, potentiarum, actuum, quae miro modo in bonum totius conspirant.

Praeterea, singula membra unius speciei in unum syntheticum componuntur.

Inter has duas syntheses illa intercedit differentia quod synthesis partium in unitate substantiali est ex ipsa substantia (diversae enim potentiae exsusc ab essentia profluunt, actus vero a potentiis), synthesis vero membrorum speciei est ex unitate finis seu boni communis toti speciei.

Nam singulis membris unius speciei non existunt singulæ fines, sed ex ipsa intrinseca finis ratione diversa et multa membra unum et communem finem habent necesse est. Qui unus speciei finis qualis in singulis sit, considerandum est.

Ita non-vientia, cum transeunter tantummodo agent, in aliquod commune inter-se-agere ordinentur necesse est: nisi enim inter se operantur, operari non possent; quatenus vero et quo magis ordinate inter se operantur, eatenus et eo maius bonum commune attingunt.

Diversæ viventium species pariter in bonum commune ordinantur. Quamvis enim singula speciei membra immanenter operari possint, tamen at tempus tantum existunt. Est ergo commune bonum, quod est "actu vivere speciei", et quaterius hoc commune bonum attingitur, eatenus singula suo tempore vivunt.

De hominibus, quatenus sunt animalia, eadem est ratio. Quatenus autem homines sunt animalia rationalia, accedit duplex bonum ~~et communem~~ commune ulterius. Nam ratio humana considerari potest primo quatenus humana est et deinde quatenus ratio est; secundum primum aspectum habetur bonum commune terrestre; secundum alterum aspectum habetur bonum commune caeleste.

Quid ergo sit ratio humana qua humana? Est ratio humana secundum quod est potentialis, quod per actus incompletos in actum completum progreditur. Iam vero bonum humanum terrestre, quatenus bonum animale superat, ex ratione humana est: per scientias enim et artes meliorem animalibus vitam ducimus. At scientias et artes non uno homine vel uno tempore inveniuntur, sed decursu omnium temporum totum genus humanum pedentem et processu cumulativo culturae et civilizationis thesaurum communem scientiarum et artium conservat atque auget. Bonum ergo hominis est bonum historice cumulativum, quod bonum est commune; singuli enim homines hoc bonum non efficiunt sed singuli de bono communi pro aetate sua fruuntur.

Alia ex parte quatenus inspicitur ratio humana non qua humana atque potentialis sed qua ratio est et absoluti capax, de alio et maiori bono communi est sermo. Quod bonum commune quale fuisset in aliis statibus hominis possibilibus, praetermittimus; quale vero de facto sit, paucis verbis declaramus, nempe, ipsi homines tamquam partes in novam et ~~supernam~~ supremam synthesis intussuscipiuntur; fiunt membra Corporis Christi mystici gratia Dei et in bonum commune absolutum visione beatifica fruendum ordinantur.

Iam vero qui dicitur universi ordo est ultima quedam synthesis his omnibus synthesibus composita; quae sane facilius admiratur quam intelligitur.

Centrum enim huius synthesis seu principium unitatis non est merus quidam partium ordo inter se uti in libro vel symphonia, neque est forma quaedam educta vel infusa tamquam ipsum universum fuisset animal, sed est ipse Deus liberimo consilio decernens manifestationem ad extra infinita suae perfectionis. Sicut autem ipsa infinita perfectio nostram intelligentiam superat, ita et eiusdem manifestatio. Quare angeli et beati, Deum uti in se est contemplantes et tamen non comprehendentes, admiratione continua exclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus,...

Primo ordo vero non-supradictus - ordo inferiorum. a causa transcendentis ordinatus uniuspoteret

30.2 *having by being itself & knowing its existentia*

Deinde quid vero superioris intelligitur - natura & sui quae potestib[us] → natura ordinata efficiens

30.1 Aliquam vero ordinis universi intelligentiam cum ex ordinatorum natura tum ex transcendentia centri asse qui possumus.

30.3 Primo, est synthesis dynamica: operationibus enim constat, et ordinatis operationibus efficitur.

30.7 Deinde, dynamica est non ab extra sed ab intra: homines scilicet artefacta per materiae manipulationem et leges externas, molares, mechanicas efficiunt; similiter socialistae ab extra operantur per regulationes, regimentationem, standardizationem, vim, ordinem externum imponere volentes. E contra ordo christianus socialis principaliter ab intra procedit, per virtutes iustitiae et caritatis intra ipsum hominem; et solo hoc ordine interno in primis Ignatius procedere voluit. Deus vero simpliciter ab interioribus rerum operatur: ideae enim divinae rerum-fermis non exterius materiam movendo sed interius materiam informando realizantur secundum antecedentem et permanentem rerum ordinationem.

30.5 Tertio, est synthesis dynamica ab intra contingens et tamen efficax: artefacta humana rigida quadam partium cohesione operantur; quod si pars defecerit totum ruit; at ordo a Deo intentus efficaciter per contingentia procedit; in minori parte deficit et tamen in maiori intactum ad finem suum pertinet.

30.4 Quarto haec synthesis cumulativa est: datur cumulatio generalis quatenus singulae operationes pendent a situatione generali et simul hanc situationem mutant in diversificationem operationum subsequentium; deinde dantur cumulationes speciales, puta, composita chimica retinere figuras et proprietates impressas, viventia retinere effectus in se receptos, potentias cumulare actus in habitus sensitivos et intellectuales genus humanum cumulare historiam ante-actam, vitam moralem cumulare in effectum aeternum.

30.7 Quinto haec synthesis progressiva est: primo ex eo quod est cumulativa, cumulantur et mala et bona; at mala suo defectu in sui eliminationem, bona sua bonitate in sui conservationem et augmentum tendunt; deinde ex eo quod est efficax per contingentia; quatenus enim natura inferior in minori parte deficit, exhibet materiam in fines alios et superiores liberam (nam a suo fine defecit), utilem (nam omnis synthesis superior ex inferioribus constat), ordinatam (quatenus in superiore finem disponitur sive legibus magnorum numerorum, sive actione ex cause superioris).

30.8 Sexta haec synthesis est conspirativa in bonum: quod sine fine patet consideranti quemadmodum singulae et diversae nature in usus mutuas co-ordinatos, sub-ordinatos, super-ordinatos combinari possint.

30.7 Septimo haec synthesis est realistica. Clarissime proclamat bonitatem vel perfectionem finitam esse finitam, scilicet bonam subtali vel tali aspectu sed non sub omni aspectu. Bonum sub omni aspectu est Deo proprium et in creato et finito impossibile. Quare universa creatura enarrat gloriam Dei dupliditer, uno modo, positive, exhibendo propriam perfectionem, alio modo, negative, exhibendo propriam imperfectionem.

30.10 Octavo, quo propius ad bonum absolutum acceditur, eo arctius haec synthesis materialia sua in unum redigit: unde perfectissima est in Corpore Christi Mysticō et caelesti ubi visione Dei ipsius membra corporis inter se per ipsum centrum immediate uniuertuntur.

30.11 Scilicet in corpore Christi secundum formam animalium - in ordinibus superioribus. Duo sunt regulam ordinis per unitus relatis cuiusque partis ad unum adiungit. adiungit.

¶ Hactenus de ordine universi tamquam synthesei syntheseon progressiva actum est. Remanet tertia quaestio, quemadmodum elementa se habeant ad synthesis progressivam. Sic enim tandem ad quaestionem ipsam pervenitur, quales sint intermedii fines.

Primo ergo unumquodque prout ipsum est principium syntheticum inferioribus suis superordinari debet: secas ruit synthesis.

Deinde unumquodque prout synthesi est elementum debet ex toti synthesis subordinari, secus iterum ruit synthesis.

Tertio, prout aliquid pluribus synthesibus superioribus et progressivis includitur, per se et ratione sui maxima ex proximae synthesis subordinatur. Et hoc sic declarari potest.

Quod in pluribus synthesibus successivis includitur, per se et ratione sui in proxima includitur, ratione vero non sui sed proximae synthesis in ulteriori includitur, ratione ulterioris in alia magis remota.

Puta, potentiam quamlibet esse propter actum suum proprium; potentiam vero inferiorem superiori subordinatam est propter actum superiori convenientem; attamen inferioris est suum actum elicere, sed non inferioris sed superioris est hunc actum superiori convenientem reddere.

¶ Quare distinguendum est inter finem horizontalem et verticalem: horizontalis est finis in quod quid ordinatur ratione sui; verticalis est finis in quod quid ordinatur ratione non sui sed synthesis ulterioris.

Unde finis verticalis est finis per se relate ad synthesis ulteriorem, sed est finis per accidens relate ad id cui verticalis dicitur. Iterum, finis verticalis qua finis est per se, sed qua verticalis est per accidens.

Praeterea, quatenus multa in unum finem diriguntur tamquam partes unius proximae synthesis, praeter finem horizontalem agnosendi sunt fines laterales.

¶ Finis lateralis est bonum quoddam intermedium et commensuratum per quod multa in unum finem horizontalem diriguntur.

Ita in ordine physico datur relativitas, in ordine chimico datur affinitas, in ordine animali dantur instinctus organistici quibus multa membra speciei ad modum unius organismi operantur, puta formicas, apes, greges, et maxime sexum, in ordine rationali datur amicitia quae in eo est quod multi unum bonum amantes inter se ambi amabiles, amati, adiuti redduntur, in ordine corporis mystici datur caritas erga humanitatem Xti mysticam quae in omnibus homine consideratur et videtur. Per relativitatem enim proceditur in ordinatum inter-se-agere, per sexum in "actu vivere speciei", per amicitiam in processum historice cumulativum boni, per caritatem erga proximum in regnum aeternum.

32.1 f Qualiter ordo universi sit normativus.

32.2 Nostris temporibus impugnatur moralitas dicta traditionalis per accidens quatenus multis a vera traditione seclusis hanc moralitatem modo inepto et sine ratione propositam ediscunt per se quia, uti aiunt, sicut homo naturam inferiorem per scientias et artes in melius convertere iam incepit, ita etiam ipsam humanam naturam reformare et in melius dirigere conandum est.

32.3 Ad quod argumentum notandum est primo quod cum homo ab intra res reformare non potest, ei desunt media necessaria ad hunc finem obtainendum; novam familiae notionem prorونere potest, sed novas humanae naturae inclinationes indere non potest.

Praeterea, principia homini directiva principalia prorsus humanae manipulationi sunt extranea: principium enim substantiale est anima a Deo creata et homini infusa; principium vero finale est bonum ratione apprehensum, quod absolutum sit necesse est -- ratio enim ad ultimas causas pertingit -- et quia absolutum est, mutationi non subest. Moralitas dicit ea quae sunt rationi necessaria circa operationem humanam, libertas vero dicit reliqua quae rationi ut contingentia apprehenduntur.

Proinde ad quaestionem positive dicendum:

32.4 Ordo universi est in finem optimum, nempe, in ipsum Deum qui est centrum progressivae syntheseos.

Praeterea, in hunc finem melior a nobis exigitari non potest ordinatio; nam ordinatio existens ab intellectu divino est.

I d solum homini rationabile esse potest: agnoscere excellentiam definitivam ordinis universi quia est manifestatio atque expressio intelligentiae divinae atque bonitatis divinae; huic ordini cooperari, subordinando rationem suam Deo et superordinando rationem suam inferioribus cum intra se tum extra se; nihil denique certius habendo quam quod huius ordinis violatio est mala, eiusdem vero observatio et prosecutio est bona.

33. 1 3. Dividuntur fines normativi.

33.2 Prima est divisio in finem absolutum, ultimum, naturalem.
Finium naturalium ulterior est divisio in horizontalem seu primarium, lateralem seu secundarium, verticalem seu accidentalem.

33.3 Finis absolutus est finis simpliciter.
Est increata atque intrinseca Dei bonitas. Huius gratia est quodcumque est. Nec aliis ulterior dari potest: posito enim hoc fine, quæstio neque redit neque redire potest, cuius sit gratia.
Etiam dicitur "finis ultimus qui" et (perperam "finis ultimus cui"

33.4 Finis ultimus est finis secundum quid, scilicet, relate ad universam creaturam.

Non est ultimus in linea finalitatis, nam est gratia alterius, nempe finis absoluti: est enim propter manifestationem ad extra divinae bonitatis infinitæ; et est talis manifestatio cum obiective, in ratione cognoscibilis et amabilis, tum maxime formaliter, ratione cogniti, amati, atque laudati. Unde etiam dicitur "finis ultimus quo."

Est tamen ultimus in linea operati. Est id ultra quod Deus non operatur aliud. Unde impositum est nomen "finis" quia opus finit.

Est ultimus in linea operati, non tempore sed perfectione. Quoad tempus enim includit omne tempus, estque quattuor-dimensionale; et includit omne tempus, tum quia nullo tempore Deus finem non consequitur, tum quia finis ipse non est quid momentaneum.

Est ultimus perfectione, non eo sensu quod est ultima perfectio huius vel illius potentiae, sed est ultimus perfectione relate ad omnes potentias; est illud synthetica compositum atque unitum de quo supra disseruimus; est omnium harmonia, unitas, synthesis.

33.5 Finis naturalis est finis ultimus secundum quid, scilicet, relate ad hanc aliquam naturam.


Quæ natura multipliciter dicitur, sive pro essentia substantiali, sive pro principio intrinseco quod ab essentia profluit, sive pro principio derivato quod ex eo exsurgit quia operationes superiores inferioribus directionem et externam quamdam informationem et elevationem conferunt. a) natura humana, animalia, plantæ b) natura materialis, corporis, proprietatis

natura / Et in omni casu datur finis horizontalis in quem haec aliqua natura tamquam in bonum commensuratum efficaciter producitur.

Quatenus vero haec natura cum alia aequali coordinatur in unum naturae finem horizontalem, dari potest finis lateralis qui est finis et actus et bonum quoddam intermedium per quod natura in finem horizontalem producitur.

Quatenus denique omnis natura synthesibus superioribus includitur et in bona ultra suam commensurationem usurpat, accedunt fines verticales. Et hi fines verticales, sive simpliciter sive ratione syntheses superioris, sunt fines per se; sed idem fines, secundum quid seu secundum rationem huius naturæ (cui verticales sunt) quod efficiuntur sunt fines per accidens; non enim est ex ratione huius naturæ (aliqua efficiuntur) ut in synthesibus superioribus et ulterioribus includatur sed per hanc rationem ei hoc accedit quod est ratione causæ superioris.

34.1 4. De finibus matrimonii



34.2 Finis horizontalis matrimonii

 $Z'' Y'' X''$ Finis lateralis $Y' X' Z'$ Finis verticalis $R'' Q'' P''$

Pars

Secundum $P' Q'$

~~34.3~~ Sit Z foecunditas sexualis in homine, quae est pars quaedam naturae spontaneae in homine (R), quae dirigitur in finem lateralem per organistica sexus (Z') seu finem lateralem, in prolem procreatam et nutritam (Z''). Ubi Z' organistica sexus sunt pars quaedam totius vitae organisticae (R'), et Z'' est pars quaedam finis horizontalis naturae spontaneae (R'') qui est "actu vivere speciei".

~~34.4~~ Sit R natura spontanea hominis, R' huius naturae finis lateralis numpe organistica vita spontanea, et R'' huius naturae finis horizontalis, nempe, actu vivere speciei.

Sit Z pars quaedam naturae spontaneae, nempe, foecunditas sexualis; Z' pars quaedam organisticorum vitae, nempe actus sexuales; et Z'' pars quaedam R'' nempe proles procreata et nutrita. Sequitur Z ordinari in Z' tamquam in finem lateralem, in Z'' tamquam finem horizontalem. Quae ad R et Z pertinent ratione sui.

~~34.5~~ Iam vero R et Z includuntur in synthesis superiori vitae rationalis civitatis terrestre, cuius principium est ratio humana qua humana, Q , quae ordinatur per finem lateralem amicitiae humanae et pacis, Q' , in finem horizontalem Q'' seu bonum commune humanum historicum cumulativum.

Proinde rationi competit superordinari inferioribus suis, et ideo subordinare naturae ordinem inferiorem in actus sibi convenientes.

Quod quidem facit non immutando ordinem naturae inferiorem, synthesis enim non destruet partes sui, sed informando, dirigendo, et elevando in finem superiorum.

Proinde ratio informat foecunditatem sexualis vinculo contractus, Y , dirigit organistica vitae sexualis per mutuum adiutorium et amicitiam maritalem tamquam finem lateralem, Y' , et elevat finem horizontalem secunditatis, Z'' , in finem boni hominis cumulativi per educationem, Y'' .

Pariter-gratia

~~34.6~~ Pariter ordo gratiae (P) per finem horizontalem caritatis erga xtum mysticum (P') procedit in vitam aeternam (P''). Includit vero in sua synthesis inferiora sexus ordinat, et novam altiore remque superordinationem suam imponit. Vinculum contractus Y informatur vinculo sacramenti X ; amicitia maritalis Y' informatur speciali ordine caritatis X' ; educatio in civitatem terrestrem Y'' elevatur in educationem civitatis caelestis X'' .

~~34.5~~

383.1 operationes efficitur; at harum operationum pariter sunt conditions necessariae et sufficietes implenda, et eodem modo impletur.

383.2 Requiritur ergo synthesis praevia et dirigens ut operationes quaeque tempore priores impleant conditones operationum subsequentium. Quae synthesis adeo magna est atque complexa, ut omnem scientiam lateat atque fugat: scientia enim est de iis quae sunt per se; sed haec synthesis omnia quae per accidens fieri possent includere debet.

383.3 Unde haec synthesis a solo Deo omnia ordinante esse potest; ipse enim est sola causa absolute universalis; et sela-a solummodo causa absolute universalis, non solum semper sed etiam in singulis casibus, universitatem conditionem implere potest. Cogita scientiae peritum qui experimentum facit et, quod voluit, non eventu comprobatur; forte potest dicere quid effectum impediverit; sed numquam potest dicere quid hac vice nihil prorsus effectum impedit, nam agens secundum universitatem conditionem regere non valet. cum semper aliud quid non regit intervenire potest possit.

383.4 In primis ergo practica synthesis intellectualis, quae est divina rerum in finem ordinatio, est causa praerequisita omnis cuiuscumque operationis; virtute enim huius synthesis et ordinatio fit omnis operatio quae fit.

383.5 Tertio, iam idem sub alio aspectu est considerandum.

Hactenus multorum et diversorum operationes considerabantur inquantum a synthetica rerum ordinatione divina et conditionantur et efficiuntur.

383.6 Attamen haec operationes etiam habent rationem finis, earumque synthetica ordinatio habet rationem unitatis finis.

Scilicet, Deus est causa principalis relate ad finem, entia vero creata sunt causae instrumentales: causa-principalis-ordinatio sua-producit-singulas-operationes-per-instrumenta,-et-eadem-ordinatio omnes-singulorum-operationes-in-unitatem-syntheticam-conflat---- finis ergo est effectus tum creatorum instrumentorum tum Dei ordinantis; quatenus finis habet unitatem, est ipsa synthetica omnium operationum unitas atque ordinatio; quatenus finis est in genere operationis, est singulorum operari, quod instrumentaliter fit virtute ordinatio, quod in fini incorporatur tamquam pars virtute eiusdem ordinatio.

383.7 Finis ergo in quem Deus opera sua ordinat est compositum quoddam operari multorum et diversorum; ad quod totum singulae operationes se habent ut materia, ut effectus, et ut media; ut materia inquantum totum partibus componitur; ut effectus, inquantum virtute totius syntheticae ordinatio fiunt singulae operationes; ut media, quatenus sex operationes singulae sunt propter totum.

Praeterea, singulae operationes procedunt a Deo tamquam causa principali, a creatis tamquam causis instrumentalibus; ipsa vero unitas et ordo universi comicus est proprius effectus Dei; unde "id quod maxime in rebus creatis curat Deus est ordo universi" CG III 64; ibid. 39; I 15 2 c; QD Spir Creat a & c.

Compare with 23!

21B

278.1 c Quales in singulis naturis sint hi fines intermedii.

Non quaestionem exaurire sed illustrare intenditur.

In genere finis intermedius est operari quoddam quod per suas habitudines et alias res operationesque creatas exhibeat debitam et quasi spontaneam sub-co-super-ordinationem.

Quod sane diversimode invenitus in irrationalibus atque in rationalibus; et quidem perfectius in quibusque perfectioribus.

278.2 In infimo gradu habetur relativitas physica, qua singulæ operationes synthetica correlatione et functione cum caeteris reguntur. In gradu proximo adest affinitas chimica. In viventibus apparent conspiratio omnium partium in bonum totius tum maxime illi instinctus organici quibus substantiae distinctae per modum unius in unum finem cooperantur, puta, formicas, apes, greges, sexum, foecunditatem. In rationalibus est virtus, tum alia, tum maxime amicitia quae est caeterarum forma: est autem amicitia talis amor finis optimi qui amantes inter se amabiles reddit et amatos debito ordine atque adiutos.

278.3 d Quod ordo universi est ultima quaedam synthesis.

Sensus est: aliquid potest esse synthetice compositum dupliciter; uno modo quatenus partes quae in unitatem synthesis conflantur sunt ~~et ipsæ~~ synthesis ulteriorum partium, quae iterum sunt synthesis ulteriorum partium usque dum ad elementa perveniantur; alio modo quatenus partes quae in ultimam synthesis conflantur sunt statim ipsa elementa.

Puta, in symphonie singuli soni sunt synthesis vibrationum, multi soni ineunt synthesis relate ad aliquam melodiam, multae melodie ineunt synthesis relate ad totum opus. Iterum, in libro litterarum ineunt synthesis relate ad nomina, nomina relate ad phrases, phrases relate ad paragraphos, paragraphi relate ad capita, capita relate ad tomos, tomi relate ad totum opus.

Asseritur ergo ordo universi esse ultima synthesis in quadam synthesis progressionem.

Et hoc ex factis constat: sunt enim in mundo aspectabili multis synthesis quae non sunt ipsæ ordo universi totius.

Id quod enumeratione conspicuum fit.

278.4 Sunt enim multis et diversae synthesis ordinis, quatenus partes in unum totum coeunt per mutuas suas relationes inter se: vibrationes in sonis, soni in musicam; signa in nomina, etc.

Sunt synthesis per formas eductas, quatenus ex materia rite disposita exsurgit forma superior; ita composita chimica, ~~nempe~~ ~~nam~~ ipsa elementa chimica; viventia.

Sunt synthesis per formas infusas, nempe, animalia rationalia.

Sunt synthesis hierarchicae et dynamicae, quatenus operatio superior dirigit et unit et quasi informat multis operationes inferiores; et haec sunt duplicitis generis, nempe internae et externae.

Internae sunt, e.g., quatenus cogitationi subsunt phantasmatum, phantasmatisbus subsunt processus biologici, his subsunt processus chimici, et chimicis subsunt processus physici ordinis.

Compare with 33!

35B

35B.1.13. Dividuntur fines operis absolute normativi.

Divisio est in fines absolutum, ultimum, horizontalem, lateralem, verticalem.

Finis absolutus est finis simpliciter.

Est increata atque instrinseca Dei bonitas. Huius gratia est quodcumque est. Necessitate metaphysica est solus finis simpliciter posito enim hoc fine, quaestio redire non potest, cuius gratia sit.

Etiam dicitur "finis ultimus qui."

Finis ultimus est finis secundum quid, scilicet relate ad universam creaturam.

Est ultimus non in linea finalitatis, nam est gratia alterius, infinitae nempe divinae obnitas; sed est ultimus in linea operationis, nam non est gratia ulterioris operati veri creati.

Unde finis ultimus est id ultra quod Deus non operatur aliud. Quare nomen "finis" impositum est ex eo quod opus finit.

Etiam dicitur "finis ultimus quo."

Est finis ultimus non tempore ultimus sed perfectione; et est ultimus perfectione non relative ad hanc aliquam potentiam, sed universim relate ad multas diversasque potentias; ergo ergo illud synthetice compositum ex multorum et diversorum operationibus de quod supra disseruimus.

Sic finis ultimus secundum se.

Secundum vero suam habitudinem ad finem absolutum, est ille ordo, harmonia, synthesis, qua manifestatur infinita divina bonitas; est ipsa manifestatio cum obiective (in ratione cognoscibilis et amabilis) tum maxime formaliter (in ratione cogniti et amati et laudati).

Quamvis finis ultimus sit finis secundum quid (scilicet in linea operati), tamen est finis ultimus simpliciter.

Finis ultimus secundum quid est finis ultimus secundum quod est finis alicuius naturae determinatae.

Porro, finis ultimus secundum quid dividitur in horizontalem, verticalem, et lateralem.

Finis horizontalis est finis ultimus quaterus hic a tali naturae commensuratur et efficaciter per eam attingitur.

Finis lateralis est intermedius finis et actus per quem talis natura ad finem horizontalem producitur.

Finis verticalis est finis et actus sive intermedius-sive lateralis sive horizontalis in natura superiori cui subordinatur haec natura de qua queritur.

155

14

Proprietates finis in quem Deus ordinat opera sua.

2. Conspectus specialis.

In generali conspectu stabilitum est a) multa et diversa esse ad finem; b) qui finis operationibus (actibus secundis, perfectionibus) constat; c) quatenus in unitatem et synthesis ordinatione divina per synthesis ordinatio divinae tamquam effectus producuntur, tamquam media adducuntur, tamquam materia fini insunt.

Iam vero synthesis fit multipliciter:

a Synthesis est ordinis quatenus multa in synthesis ineunt per mutatas suas relationes inter se; puta musicam, artefacta, linguas, etc.

b Synthesis est formae eductae quatenus ex materia disposita exsurgit forma superior: composita chimica, viventia, animalia.

c Synthesis est formae infuseae quatenus in materia disposita infunditur forma superior: eg anima humana.

d Synthesis est substantialis, quatenus multae diversaeque potentiae unum esse commune habent et per modum unius operantur.

e Synthesis est dynamica, quatenus operari superius dominatur et dirigit et quodammodo informat multas operationes inferiores: ita cogitationi subsunt phantasmatata; phantasmatisbus subsunt processus biologici; his subsunt processus chimici; et his processus physici subsunt.

f Synthesis est speciei, quatenus multa membra unius speciei in commune bonum speciei ordinantur: *et ita non-viventia, quum transeuntar agunt et operari possint in se non recipiunt, in commune inter-se-agere quod est bonum commune et eorum finis ordinantur;*

viventia vero, quamvis immaterialiter agant, tamen ad tempus tantum vivunt; unde ordinantur in commune actu-vivere-speciei in quod bonum commune et finem cum sui reproductione tum sui suorumque nutritione efficaciter procedunt;

homines proinde, quatenus intellectu potentiali diriguntur, qui per actus incompletos in actum compleatum procedit cumulative ut artes, scientiae, et similia omnia eorum consectaria pedententim temporum decursu acquirantur, in commune bonum generis humani studio praeteritorum et inventione futurorum efficaciter procedunt;

at quatenus homines per intellectum ad ipsum ordinem veritatis moralisque bonitatis pertingunt, materia quasi sunt ad Corpus illud mysticum cuius caput est Xodus, cuius anima est SpS, cuius finis supremus est unitas per visionem beatificam.

g Synthesis denique est cosmica quae est ipse universi ordo, qui sane mentem humanam excedat ita ut eum potius suspicari et quodammodo adumbrare quam delineare atque describere possimus.

Ad cuius intelligentiam hoc imprimis notandum est: synthesis cosmica non est sistema clausum et rigidum sed apertum et fluidum.

Puta artefacta humana esse systemata clausa et rigida quia homo non internas rerum formas gubernando sed externas et materiales figuris dominando producit instrumenta et artefacta sua; iterum puta socialismus esse systema clausum et rigidum quia per ~~ximxiagex~~ regulationes regimentationem vim limitatas quasdam ideas imponere ab extra satagit, at alia ex parte ordinem socialem xtianum esse systema apertum et fluidum quia per internas leges caritatis et iustitiae principaliter operari vult. *(ad. 4)*

Iam vero ordo cosmicus est operatio intellectus divini; quae operatio in rebus creatis non per exteriorem materiae manipulationem sed per interiorum ipsius ideae divinae realizationem in materia efficitur; immo materia nihil aliud est quam complementum ab idea universalis postulatum ut in pluribus verificetur.

Contra 30 + 39B
+ 36B

39B

39B.1.2. Proprietates finis in quem Deus ordinat opera sua

39B.2 a) Conspectus generalis.

Eadem enim, actus - cuius gratia - uero bona, operaria - finaliter et causitatem boni

a' Problema. *Primum quoddam bonum?*

Problema in eo consistit quod finis est in genere operationis, multorum et diversorum, et tamen in se unus.

Quod est in genere operationis ideo constat quia "esse" est actus primus, "operari" vero actus secundus, ubi actus primus dicit id quod est ad finem, actus secundus autem ipsum finem dicit.

Quod est multorum et diversorum ideo constat quod ad manifestandam infinitam Dei perfectionem ad extra multa atque diversa requiruntur. I 47 l c.

Quod denique finis est unus ideo constat quod finis habet rationem actus et perfectionis; sed bonum convertitur cum uno, unde finis rationem unitatis habeat necesse est. Alia ex parte, omnis diversitas atque multiplicitas rationem potentiae seu eius quod est ad finem habeant necesse est. (seclusa pura relationum opp.

Quare, non eadem est ratio de fine ac de essentia: essentiae competere potest ut materialiter multiplicetur; at hoc fini competere non potest cum finis qua finis necessario unitatem dicit.

b' Problematis solutio.

Solutio in eo consistit quod multorum diversorumque operationes inadequatae cum fine coincidunt: ipse finis ~~xix~~ est unum quoddam totum compositum, ad quod operationes singulorum sunt partes materialies quae sunt in toto, virtute totius, et propter totum.

Et primo divina rerum ordinatio in finem essentialiter est in mente divina operatio quedam intellectus. Operatio vero intellectus est facere synthesis; et speculativi quidem intellectus est facere synthesis quatenus multa per unum apprehenduntur, practici vero intellectus est facere synthesis quatenus per multa media unus effectus producitur.

Deinde haec practica synthesis, quae est divina rerum in finem ordinatio, non quasi ab extra rebus intruditur sed intrinsece postulatur et quodammodo exigitur.

Quodlibet enim operari finitum in eo est quod hoc agens hunc effectum in hoc patiente tali loco et tempore producit. Quod ut fiat actu, universitas quedam conditionum est implenda: puta, quod agens sit actu, quod patiens sit praesens et non absens, quod patiens sit capax effectus ab hoc agente, quod effectus producendus specificatur. Praeterea, haec conditionum inglem impletio per alias

38A.1 Y_a' saltem anictia utilitatis et delitacis

verba -

mutuum adiutorium
hostium remedium

38A.2 Y_b' : questions in virtutibus est

anictia virtutis fortitudinis

38A.3 Q' anictia virtutis generalis

un necessario affectu generali ^{hanc divisionem}
(cum proprie genere
non absolute nullum)

et ad generalia ut per necessaria ad primas
questions ab hoc subiecto prout delibet, quod
poterant

38A.4 Y_b' depositio Q'

38A.5 X_a' anictia utilitatis et delitacis in captivatis

X_b' ordo speciales causatio

X_b' depositio in P' que est ergo causa minima ^{ex Mhd}

38A.6 Hoc depositio est facultas reticuli

non pro saepe ratione - generali mater. genere procedens
suo cum finis servare proprio

et pro se retain possum autem eius causationem

questionem prout ordinatur in finibus X'' X''

autem questiones, hanc ratio temp. init. et temp.
utitur - omnia coquuntur in finibus et causis finis

3A.1 Hirsch : piso grande - Marca contra el libro o documentación "en revisión"
 Esta marca es acorde con una pregunta - Túnel en la parte

- se marca cuando se ha visto el documento cerca de casa
 - se marca cuando se ha visto el documento para ver su naturaleza.
- un poco más cerca

3A.2

Revisorado
 ⑦ Margen izquierdo : si numeros sucesivos tienen la misma anotación

⑧ Margen izquierdo : si entre los párrafos entre los párrafos son oficiales
 y no "secretos"

① Margen izquierdo : si principio del párrafo ^{expresión} es igual al anterior o es igual al final
 que aparece en el párrafo anterior - delante de la expresión

④ Margen izquierdo : si aparece la misma expresión en el principio de los párrafos
 de un volumen que da vueltas de página
 se ve volver que da vueltas de página
 de acuerdo con la dirección de la página
 de acuerdo con la dirección de la página

3A.3 Volumen extra

cuando contra competencia -

a. expresión una frase que
 contradice la otra
 una contradicción directa
 una contradicción indirecta - que una
 contradiccion se da en una contradicción
 una contradicción indirecta

b. opinión anterior si una frase de finales
 si autor o consultor no
 dificultades entre las dos
 de una contradicción
 de otra contradicción
 si en general - que no se da
 en general - que se da
 contradicción entre las dos

si se admite

desacuerdo

estadística tiene que ser en la otra.

36A.1 Ancientia

36A

36A.2 Primum : fines prantes

1) aptus fortis : bonum opportunity sunt opportuna

36A.3 Alterum : Anno finis 2) aptus invenerit : associatio amicorum
quibusque est, tali finis invita
quisque finis est, tali fit finis am
icitus est quae probum bonum
redit et bonum factum habet

3) aptus oblitus : matres amor inter eos
qui ex eis finis associantur

oblitus memoria; fines libens

4) aptus antius

a) ex 3) matrem adiutoriam

b) ex 1) prosecuto finis

c) ex 1+3 matrem adiutoriam in
protectione finis

36A.4 Specie curiositas

debetratio : scilicet incendi, a belli, etc

scilicet appetitus utilitatis : in commercio

fines : honestatis violatio : bonum gen bonum, illud, avulso - reductionem seu gen
et suum debet

contatio : bonum dei utinam

Yi altera curiositas debetratio honestatis et utilitatis (material)

quatuor debetratio honestatis (material) altera utilitatis

genitor

35A.1 *Si quis est. accep.*

35A.2 1 Experimentum Objectionis i. id quod fieri debet
in ratione ut horumque sunt argumenti positionis


35A.3 2) Fundamentum Objectionis non in ratione nisi $\frac{E}{E}$ sed ex nostra ratione
per se in diversis rationibus possum arbitriari et ad
hunc per Ratios. in regulari, sive demonstrativa
sive, probativa

35A.4 3) Ergo subiectus est. Principio

1) *Deus non impinguat ratione ad rationem.*
2) *Item ipsa ratione non possum ratione ratione accipere.*
Habitationem dicit rationabilem.
circum certitudinem rationis
positionem et certitudinem.

34.1 4. De finibus matrimonii

34.2 Finis horizontalis matrimonii.



34.3 Sit Z foecunditas sexualis in homine, quae est pars quaedam naturae spontaneae in homine (R), quae dirigitur in finem lateralem per organistica sexus (Z') seu finem lateralem, in problem procreatam et nutritam (Z''). Ubi Z' organistica sexus synt pars quaedam totius vitae organisticae (R'), et Z'' est pars quaedam finis horizontalis naturae spontaneae (R'') qui est "actu vivere speciei".

34.4 Sit R natura spontanea hominis, R' huius naturae finis lateralis nempe organistica vitae spontaneae, et R'' huius naturae finis horizontalis, nempe, actu vivere speciei.

Sit Z pars quaedam naturae spontaneae, nempe, foecunditas sexualis; Z' pars quaedam organisticorum vitae, nempe actus sexuales; et Z'' pars quaedam R'' nempe proles procreata et nutrita. Sequitur Z ordinari in Z' tamquam in finem lateralem, in Z'' tamquam finem horizontalem. Quae ad R et Z pertinent ratione sui.

34.5 Iam vero R et Z includuntur in synthesis superiori vitae rationalis civitatis terrestre, cuius principium est ratio humana qua humana, Q, quae ordinatur per finem lateralem amicitiae humanae et pacis, Q', in finem horizontalem Q'' seu bonum commune humanum historicum cumulativum.

Proinde rationi competit superordinari inferioribus suis, et ideo subordinare naturae ordinem inferiorem in actus sibi convenientes.

Quod quidem facit non immutando ordinem naturae inferiorem, synthesis enim non destruet partes sui, sed informando, dirigendo, et elevando in finem superiorum.

Proinde ratio informant foecunditatem sexualis vinculo contractus, Y, dirigit organistica vitae sexualis per mutuum adiutorium et amicitiam maritalem tamquam finem lateralem, Y', et elevat finem horizontalem secunditatis, Z'', in finem boni hominis cumulativi per educationem, Y''.

Pariter-gratia

34.6 Pariter ordo gratiae (P) per finem horizontalem caritatis erga xtum mysticum (P') procedit in vitam aeternam (P''). Includit vero in sua synthesis inferiora sexus ratione ordinat, et novam altioremque superordinationem suam impunit. Vinculum contractus Y informantur vinculo sacramenti X; amicitia maritalis Y' informantur speciali ordine caritatis X'; educatio in civitatem terrestrem Y'' elevatur in educationem civitatis caelestis X''.

Fines et ratio non - supradictio - ut ratio infinitus - a causa transcendentalis ordinatio univocatio

- 30.2 Supply by being itself & planning its intention
Deinde pietas missio intelligitur - natura huius operis probabilitas → natura ordinatio officium (32)

30.1 Aliquam vero ordinis universi intelligentiam cum ex ordinatorum natura tum ex transcendentia centri assequi possumus.

30.3 Primo, est synthesis dynamica: operationibus enim constat, et ordinis operationibus efficitur.

30.7 Deinde, dynamica est non ab extra sed ab intra: homines scilicet artefacta per materiae manipulationem et leges externas, molares, mechanicas efficiunt; similiter socialistae ab extra operantur per regulationes, regimentationem, standardizationem, vim, ordinem externum imponentes volentes. E contra ordo christianus socialis principaliter ab intra procedit, per virtutes iustitiae et caritatis intra ipsum hominem; et solo hoc ordine interno in primis Ignatius procedere voluit. Deus vero simpliciter ab interioribus rerum operatur: ideae enim divinae rerum-formis non exterius materiam movendo sed interiorius materiam informando realizantur secundum antecedentem et permanentem rerum ordinationem.

30.5 Tertio, est synthesis dynamica ab intra contingens et tamen efficax: artefacta humana rigida quadam partium cohesione operantur; quod si pars defecerit totum ruit; at ordo a Deo intentus efficaciter per contingentia procedit; in minori parte deficit et tamen in maiori tantum ad finem suum pertingit.

30.6 Quarto haec synthesis cumulativa est: datur cumulatio generalis quatenus singulae operationes pendent a situatione generali et simul hanc situationem mutant in diversificationem operationum subsequentium; deinde dantur cumulationes speciales, puta, composita chimica retinere figurae et proprietates impressas, viventia retinere effectus in se receptos, potentias cumulare actus in habitus sensitivos et intellectuale genus humanum cumulare historiam ante-ac tam, vitam moralem cumulare in effectum aeternum.

30.7 Quinto haec synthesis progressiva est: primo ex eo quod est cumulativa, cumulantur et mala et bona; at mala suo defectu in sui eliminationem, bona sua bonitate in sui conservationem et augmentum tendunt; deinde ex eo quod est efficax per contingentia; quatenus enim natura inferior in minori parte deficit, exhibet materiam in fines alios et superiores liberam (nam a suo fine defecit), utilem (nam omnis synthesis superior ex inferioribus constat), ordinatam (quatenus in superiorem finem disponitur sive legibus magnorum numerorum, sive actione ex causa superioris).

30.8 Sexta haec synthesis est conspirativa in bonum: quod sine fine patet consideranti quemadmodum singulae et diversae naturae in usus mutuus co-ordinatos, sub-ordinatos, super-ordinatos combinari possint.

30.9 Septimo haec synthesis est realistica. Glarissime problamat Bonitatem vel perfectionem finitam esse finitam, scilicet bonam sub tali vel tali aspectu sed non sub omni aspectu. Bonum sub omni aspectu est Deo proprium et in creato et finito impossibile. Quare universa creatura enarrat gloriam Dei duplum, uno modo, positive, exhibendo propriam perfectionem, alio modo, negative, exhibendo propriam imperfectionem.

30.10 Octavo, quo propius ad bonum absolutum acceditur, eo arctius haec synthesis materialia sua in unum redigit: unde perfectissima est in Corpore Christi Mysticō et caelesti ubi visione Dei ipsius membra corporis inter se per ipsum centrum immediate unitur.

30.11 Sicut in corpore Christi finitam esse finitam - in exteriori corporis huius missio intelligitur ordinis pro mentem definitus cuiusque portis ad communem unitatem.

31.1 Hactenus de ordine universi tamquam synthesis synthesison progressiva actum est. Remanet tertia quaestio, quemadmodum elementa se habeant ad synthesis progressivam. Sic enim tandem ad quaestionem ipsam pervenitur, quales sint intermedii fines.

Primo ergo unumquodque prout ipsum est principium syntheticum inferioribus suis superordinari debet: secus ruit synthesis.

Deinde unumquodque prout synthesis est elementum debet ex toti synthesis subordinari, secus iterum ruit synthesis.

31.2 Tertio, prout aliquid pluribus synthesisibus superioribus et progressivis includitur, per se et ratione sui inexpressimam ex proximae synthesis subordinatur. Et hoc sic declarari potest.

Quod in pluribus synthesisibus successivis includitur, per se et ratione sui in proxima includitur, ratione vero non sui sed proximae synthesises in ulteriori includitur, ratione ulterioris in alia magis remota.

Puta, potentiam quamlibet esse propter actum suum proprium; potentiam vero inferiorem superiori subordinata est propter actum superiori convenientem; attamen inferioris est suum actum elicere, sed non inferioris sed superioris est hunc actum superiori convenientem reddere.

31.3 Quare distinguendum est inter finem horizontalem et verticalem: horizontalis est finis in quod quid ordinatur ratione sui; verticalis est finis in quod quid ordinatur ratione non sui sed synthesisos ulterioris.

Unde finis verticalis est finis per se relate ad synthesis in ulteriore, sed est finis per accidens relate ad id cui verticalis dicitur. Iterum, finis verticalis qua finis est per se, sed qua verticalis est per accidens.

Praeterea, quatenus multa in unum finem diriguntur tamquam partes unius proximae synthesisos, praeter finem horizontalem agnoscendi sunt fines laterales.

31.4 Finis lateralis est bonum quoddam intermedium et commensuratum per quod multa in unum finem horizontalem diriguntur.

Ita in ordine physico datur relativitas, in ordine chimico datur affinitas, in ordine animali dantur instinctus organistici quibus multa membra speciei ad modum unius organismi operantur, puta formicas, apes, greges, et maxime sexum, in ordine rationali datur amicitia quae in eo est quod multi unum bonum amantes inter se ambil amabiles, amati, adiuti redduntur, in ordine corporis mystici datur caritas erga humanitatem Xti mysticam quae in omnibus homine consideratur et videtur. Per relativitatem enim proceditur in ordinatum inter-se-agere, per sexum in "actu vivere speciei", per amicitiam in processum historice cumulativum boni, per caritatem erga proximum in regnum aeternum.

32.1 f Qualiter ordo universi sit normativus.

32.2 Nostris temporibus impugnatur moralitas dicta traditionalis per accidens quatenus multis a vera traditione seclusis hanc moralitatem modo inepto et sine ratione propositam ediscunt per se quia, uti aiunt, sicut homo naturam inferiorem per scientias et artes in melius convertere iam incepit, ita etiam ipsam humanam naturam reformatre et in melius dirigere conandum est.

32.3 Ad quod argumentum notandum est primo quod cum homo ab intrarum reformare non potest, ei desunt media necessaria ad hunc finem obtinendum; novam familiae notionem proponere potest, sed novas humanae naturae inclinationes indere non potest.

Praeterea, principia homini directiva principalia prorsus humanae manipulationi sunt extranea: principium enim substantiale est anima a Eo creata et homini infusa; principium vero finale est bonum ratione apprehensum, quod absolutum sit necesse est -- ratio enim ad ultimas causas pertingit -- et quia absolutum est, mutationi non subest. Moralitas dicit ea quae sunt rationi necessaria circa operationem humanam, libertas vero dicit reliqua quae rationi ut contingentia apprehenduntur.

Proinde ad quaestionem positive dicendum:

32.4 Ordo universi est in finem optimum, nempe, in ipsum Deum qui est centrum progressivae syntheseos.

Praeterea, in hunc finem melior a nobis excogitari non potest ordinatio; nam ordinatio existens ab intellectu divino est.

Ideum solum homini rationabile esse potest: agnoscere excellentiam definitivam ordinis universi quia est manifestatio atque expressio intelligentiae divinae atque bonitatis divinae; huic ordini cooperari, subordinando rationem suam Deo et superordinando rationem suam inferioribus cum intra se tum extra se; nihil denique certius habendo quam quod huius ordinis violatio est mala, eiusdem vero observatio et prosecutio est bona.

33.1 3. Dividuntur fines normativi.

Prima est divisio in finem absolutum, ultimum, naturalem.

3.2 Finium naturalium ulterior est divisio in horizontalem seu primarium, lateralem seu secundarium, verticalem seu accidentalem.

3.3 Finis absolutus est finis simpliciter.

*littera autem
littera ordinis,* Est increata atque intrinseca Dei bonitas. Huius gratia est quodcumque est. Nec aliis ulterior dari potest: posito enim hoc fine, questio neque redit neque redire potest, cuius sit gratia.

Etiam dicitur "finis ultimus qui" et (perperam "finis ultimus cui"

3.4 Finis ultimus est finis secundum quid, scilicet, relate ad universam creaturam.

Nom est ultimus in linea finalitatis, nam est gratia alterius, nempe finis absoluti: est enim propter manifestationem ad extra divinae bonitatis infinitae; et est talis manifestatio cum obiective, in ratione cognoscibilis et amabilis, tum maxime formaliter, ratione cogniti, amati, atque laudati. Unde etiam dicitur "finis ultimus quo."

Est tamen ultimus in linea operati. Est id ultra quod Deus non operatur aliud. Unde impositum est nomen "finis" quia opus finit.

Est ultimus in linea operati, non tempore sed perfectione. Quoad tempus enim includit omne tempus, estque quattuor-dimensionale; et includit omne tempus, tum quia nullo tempore Deus finem non consequitur, tum quia finis ipse non est quid momentaneum.

Est ultimus perfectione, non eo sensu quod est ultima perfectio huius vel illius potentiae, sed est ultimus perfectione relate ad omnes potentias; est illud synthetice compositum atque unitum de quo supra disseruimus; est omnium harmonia, unitas, synthesis.

33.1 Finis naturalis est finis ultimus secundum quid, scilicet, relate ad hanc aliquam naturam.

Quae natura multipliciter dicitur, sive pro essentia substanciali, sive pro principio intrinseco quod ab essentia profluit, sive pro principio derivato quod ex eo exsurgit quia operationes superiores inferioribus directionem et externam quamdam informationem et elevationem conferunt. *a) natura animalium plantarum b) natura filiorum, natura, c) natura proprietas*

Et in omni casu de tur finis horizontalis in quem haec aliqua *natura tam uam in bonum commensuratum efficaciter producitur.*

Quatenus vero haec natura cum alia aequali coordinatur in unum naturae finem horizontalem, dari potest finis lateralis qui est finis et actus et bonum quoddam intermedium per quod natura in finem horizontalem producitur.

Quatenus denique omnis natura synthesibus superioribus includitur et in bona ultra suam commensurationem usurpat, accedunt fines verticales. Et hi fines verticales, sive simpliciter sive rationes synthesos superioris, sunt fines per se; sed iidem fines, secundum quid seu secundum rationem huius naturae (cui verticales sunt) *potest efficiuntur* sunt fines per accidens; non enim est ex ratione huius naturae *(saltus que afficiuntur)* ut in synthesibus superioribus et ulterioribus includatur sed *potest habere diversum* ei hoc accedit quod est ratione causae superioris. *naturam producitur.*

Existit sacramentum matrimonii.

Matrimonium: CIC 1012, 1013 §2, 1081 §§1, 2, 1110

Sacramentum est signum sensibile efficax gratiae perenniter
in nova lege a Xto institutum.

signum speculativum: quod cognitum ducit in cognitionem alterius
signum efficax: quod confert id quod significat. DB 848-51

gratiae: donum supernaturale conducens in vitam aeternam
qualis gratia in matrimonio: DB 969, quae perficit naturalem
amorem coniugum, quae indissolubilem unitatem confirmat, quae
coniuges sanctificat, quae a Xto promeretur; unde Paulus innuens
"Viri diligite Eph 5.

perenniter: non per transennam adhibitum sed sola in ecclesia
et semper in ecclesia

ab ipso Xto institutum: DB 844

Nota: de fide definita, DB 971

Adversarii: Joyce folia; adde modernistas.

Evolutio notionis sacramenti: cf de gr sacramentis in genere

Evolutio doctrinae "matrimonium est sacramentum": cf notae ex DIC

Matrimonium est verum sacramentum novae legis. Arguitur ex Eph 5, 32.

Praenotantur.

41

1. "musterion" of de sacramentis in genere.

est communiter "secretum", interdum "sensus absconditus, typicus, symbolicus" (Sommium Nabuchodonosoris, m. 7 stellarum, m. bestiae apud Dan in LXX, et apud Apoc), semel actio abscondita (m. iniquitatis operatus) vel actio ignota et mira (resurrectio corporum).

2. v. 32.

Estne sensus: hoc mysterium est magnum, loquor tantummodo de Xto et ecclesia; i.e. nolo affirmare ullum magnum mysterium in ipso coniugio. Ita Protestantes.

Dico quod non est sensus obvius: "mysterium hoc" refertur ad praecedentia, quae sunt de connubio; praeterea, textus non dicit "ego dico de Xto et eccl" sed "ego de lego eis Xtum et eccl" ideoque "relate ad"

Scilicet sensus obvius est: connubium est magnum mysterium, non in se ipsa, sed secundum suam habitudinem ad Xtum et eccl.

Praeterea, hic est sensus catholicus, in ecclesia receptus; atque ecclesia est norma interpretationis.

3. Habitudo connubii ad Xtum et ecclesiam est:

a) in ratione exempli; faciamus quod et alii faciunt "sicut"
v. 28

b) in ratione normae: quod Xtus facit, vir ideo debet, quod ecclesia facit, ideo mulier debet.

c) cuius normae fundamentum remotum assignatur:

v. 30: "quia membra sumus corporis eius"
cf. Rom 12, 5 "multi unum corpus sumus in Xto, singuli autem alter alterius membra"

Iam vero membra inter se cooperantur et amantur; est enim quidam sui ipsius amor. Unde v. 28, 29 Ita et viri debent diligere uxores ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fovet eam, sicut et Xtus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius.

d) at praeter hoc generale et remotum fundamentum caritatis quod omnibus membris corporis mystici est commune, adest et aliud et speciale fundamentum in matrimonio; et hoc tribus constat:

a' Adam dixerat: "Propter hoc (dixit dominus...) scilicet propter quod Eva de latere eius fuit, relinquit homo..."
Gen 2, 15-16

b' Paulus dicit: "Propter hoc (anti toutou = propter Zorell, cf Lk 12, 3) scilicet propter quod sumus membra corporis eius.... relinquit homo.... Loco solidaritatis in Adorno, succedit soliditas in Xto.

b' est mysterium magnum in corpore Xti; unde participat speciali modo rationem unionis mysticam

c' quod constat ex oppositorum 1 Cor 6:15-16, scilicet enim formatio in Xiano habet rationem sacrilegii, ita matrimonium habet rationem unionis mysticam quae ad functionis ipsius corporis mystici pertineat.

c' unde contraria - rationes speciales - habitusque peculiares - vir agit mulieris (non ut Adam caput Eva) sed ut Xto ecclesie - vir diligit uxorem et corpus suum (non ut Adam dicit Eva ut corpus suum) sed ut Xto ecclesie.

Existit sacramentum matrimonii.

Exegetica quaedam:

1. Gen. 2, 24 describit societatem coniugalem, primo secundum terminum socialem a quo (relinquet patrem et matrem), deinde secundum terminum socialem ad quem (adhærebit... erunt duo in carne una).

2. Existit habitudo quaedam causalis inter hanc societatem coniugalem et originem Evaë ex latere Adami.

Nam origo describitur vv. 22-23; societas coniugalilis, v. 24; et inter haec duo ponitur particula causalis "quamobrem."

3. Ideo hagiographus descripts originem Evaë ex latere Adami ut normas omnis matrimonii naturalis proponeret modo concreto.

Nam v. 24 universaliter dicitur de homine, patre, matre, uxore.

4. Quare naturalis dilectio Adami erga Evam, carnem de carne sua, ossa de ossibus suis, proponit normam omnis dilectionis maritalis.

5. Similiter naturalis subiectio Evaë ad eum ex quo originem sumpsit proponit normam omnis subjectionis ex parte uxoris.

6. Eph. 5, 31 describit societatem coniugalem xtianorum.

"Describit societatem coniugalem" eisdem rationibus ut 1) supra.

"Describit societatem coniugalem xtianorum" propterea quod epistola xtiani dirigitur, quod haec societas habet causalem relationem ad corpus Xti mysticum (7 infra), quod haec societas derivat normas suas ex habitudine inter Xtum et ecclesiam (8 infra), quod haec societas est magnum mysterium in Xto et ecclesia (9 infra).

7. Existit habitudo causalis inter corpus Xti mysticum et matrimonium de quo Eph 5, 31.

Nam v. 30 loquitur de corpore mystico (membra sumus corporis eius); v. 31 loquitur de matrimonio; et inter haec duo ponitur particula causalis "propter hoc."

Notate quod dicitur "hoc" "touto" quod ad immediate praecedentia refert; et non dicitur "illud" "ekeino" quod ad remota refert.

8. Habituidines inter Xtum et ecclesiam praebent non solum exempla ("sicut") sed etiam normas obligationem parientes ("subiectae sint" "debent") relate ad dilectionem mariti xtiani et subjectionem uxoris xtiana (Eph. 5, 22-29).

9. Non solum corpus Xti mysticum in genere sed ipsa societas coniugalilis xtianorum est magnum musterior in Xto et ecclesia (Eph. v. 32).

10. Quale ergo sit istud magnum musterior seu sacramentum.

In eo sane est quod matrimonium naturale in creatione mulieris fundatum et matrimonium xtianum in corpore Xti mystico fundatum non univoce sed analogice sunt matrimonia.

Sicut-se-habet-e-creatice-Evae-ad-matrimonium-naturale

Sicut se habet processio Evaë e latere Adami capitilis generis humani relate ad matrimonium naturale, ita se habet processio ecclesiae e meritis Xti capitilis corporis mysticis relate ad matrimonium xtianum.

In utroque casu habetur nexus causalis inter prius et posterius

("quamobrem" "propter hoc"); in utroque casu habetur fundamentum dilectionis in marito et subiectionis in uxore.

At etiam adest diversitas.

Fundamentum et normae matrimonii naturalis derivantur ex creatione prime mulieris. Fundamentum et normae matrimonii christiani derivantur ex origine illius sponsae immaculatae quae est ecclesia.

Praeterea, quamvis materialiter spectata non differat matrimonium naturale et christianum, tamen in ratione mysterii seu sacramenti hoc magnum est.

Quoad probationem:

1. Probandum est Xum dominum elevasse matrimonium christianorum ad dignitatem sacramenti novae legis.

2. Hoc est, matrimonium christianum materialiter spectatum est idem ac matrimonium naturale, sed matrimonium christianum in ratione signi efficacis prorsus differt a matrimonio naturali.

*ipsa /
x/*
3. S. Paulus non loquitur de elevatione matrimonii a Xto domino effecta; loquitur tamen de effectibus huius elevationis.

Aliis verbis, S. Paulus non describit institutionem huius sacramenti, sed describit effectus huius institutionis.

4. Quare argendum est ex effectibus in causam.

5. Probro, argumentum ex effectibus in causam est validum, quatenus inde effectus adaequant virtutem causae. Si S. Paulus sufficenter enumerat effectus institutionis sacramenti, de ipsa institutione dubitari non potest. Si vero insufficenter describit effectus institutionis, de ipsa institutione non habetur nisi argumentum probabile. Denique, quo melius quidque perspexerit id quod docet et S. Paulus, eo clarius et efficacius ei videbitur argumentum ex effectibus in causam.

Probatio:

Exsistit causa cur matrimonium christianum in ratione mysterii, sacramenti, symboli, analogice se habeat ad matrimonium naturale.

Atqui haec causa est quod Xus dominus matrimonium evexit ad dignitatem sacramenti stricte dicta.

Ergo exsistit quod Xus dominus matrimonium evexit in dignitatem sacramenti.

Maior: principium causalitatis una cum dictis Eph. 5, 22-32.

Minor: argumentum stringens vel probabile prout dari vel non dari potest alia explicatio analogiae inter matrimonium naturale et christianum.

Forsitan alia explicatio dari posset, solis verbis S. Pauli consideratis; certo nulla alia explicatio dari potest, perspectis doctrina PP., TT., CC.

Valor Quod Paulus innuens DB 969
 Stricte "gratiam Xitus promerunt"
 "viri diligite..."
 Late, ex "mox subiungens" ad interpretationem
 "Paulus innuit sacramentum" extendi potest
Arguitur ex Eph 5, 32.

44

Essentialiter et ratione sui matrimonium baptizatorum differt a matrimonio antiquae legis.

Atqui haec essentialis et intrinseca differentia non in alio invenitur praeter rationem sacramenti.

Ergo haec essentialis et intrinseca differentia in eo est quod matrimonium baptizatorum est sacramentum.

Maior:

Speciale caritatis et submissionis exemplum atque praeceptum imponitur coniugibus baptizatis. Eph 5, 22-24 et 33 pro uxoriis Eph 5 25-31 33 pro viris.

Quod exemplum et praeceptum fundatur non tantum remote in corpore Xti mystico sed etiam proxime in magno mysterio matrimonii baptizatorum. Adest aliquid speciale ratione ipsius matrimonii christiani.

v. 23 vir caput est mulieris, sicut Xitus est ecclesiae

v. 28-30

v. 31 Propter hoc

v. 32 magnum mysterium in Xto et ecclesia

cf. 1 Cor 6 15-16

Minor:

Non sufficit nova quedam significatio speculativa quae matrimonium intrinsece non mutet. Hebr. 9, 9; Gal 4, 9.

Neque sufficit fundamentum remotum quod coniuges sunt membra corporis mystici quia baptizati. Sic mysterium non magnum sed parvum: nihil enim matrimonio speciale. Quod est contra maiorem.

Accedit quod in traditione et doctrina ecclesiae aliud quam sacramentum non invenitur neque asseritur.

Neque-dic-i-potest

Sensus argumenti:

Duo certo adsunt in coniugibus christianis: quod sunt membra corporis Xti mystici; quod ea habent quae virtute Adami in V.L. habebantur.

Argumentum in eo consistit uod praeter haec datur tertium quid speciale matrimonio intrinsecum (maior) quod non est aliud quam sacramentum (minor) ideoque matrimonium christianum est sacramentum.

Scilicet, sufficient duo haec ad intelligentiam sacrilegii fornicationis (1 Cor 6 15-16); sed non sufficient haec duo ad intelligentiam magni mysterii -- matrimonium christianum non est quid compositum ex duobus, aliud virtute Xti, aliud virtute Adami quod Xitus non elevavit -- ita quidem fornicatio -- sed matrimonium christianum est virtute Xti quoad generale corp. myst. et iterum virtute Xti elevantis illud quod secus esset tantummodo ex Adamo.

Alia forma clariori proponitur idem argumentum.

Sacramentum hoc magnum (Eph. 5, 32) aut est signum speculativum gratiam dans ex opere operantis aut est signum practicum a Xto institutum ut gratiam ex opere operato conferat.

suntummodo/ Atqui non est signum speculativum gratiam dans ex opere operantis.

Ergo est signum practicum a Xto institutum ut gratiam ex opere operato conferat.

Maior:

1) Est signum: mysterium enim aut est significatio quae in mente retinetur, et tunc est secretum; aut est significatio quae in rebus repraesentatur, et tunc est signum

Atqui matrimonium est res quaedam externa, non est eventus pure mentalis.

2) Signa in corpore Xti mystico aut sunt occasiones quibus nos bene operamur, et tunc sunt sacramenta late dicta gratiam dantia ex opere operantis; aut sunt sacramenta stricte dicta.

Minor:

Elusmodi erat matrimonium in vetere testamento, a quo differt matrimonium novae legis intrinsecus.

Matrimonium enim novae legis est significatio quaedam atque signum (mysterium) quod elevat rem matrimonialem ex ordine et solidaritate Adami in ordinem et solidaritatem Corporis Xti mystici.

In baptizatis non propter quod Eva os ex ossibus et carno de carne Adami relinquit homo patrem et matrem et adhaeret uxori suae et sunt duo in carne una, sed propter quod sumus membra corporis Xti.

In baptizatis vir caput est mulieris, non sicut Adam caput erat Evae, sed sicut Xpus est caput ecclesiae. Vir diligit uxorem suam sicut prout suam carnem, non sicut Adam dilexit Evam prout suam carnem, sed sicut Xpus diligit ecclesiam quae est corpus suum mysticum.

Praeterea, istae habitudines sunt normativaes; pariunt obligations; mulieres sint subditae; viri debent diligere.

Praeterea, obligations fundantur objective: non sunt nuda et arbitaria praecepta; sed supponunt realitatem ex qua profluunt.

Neque sufficit fundamentum remotum, scilicet, ipsum corpus mysticum; fundamentum remotum non enim aut producit effectum formalem ipsi matrimonio intrinsecum aut non; si producit, habetur intentum; si non, in-nulle matrimonium novae legis differt a matrimonio veteris legis secundum dic i sed non secundum esse. quae positio est nominalistica.

Matrimonium stianum est sacramentum. Patres.

R (ser 570) 67 319 320 384 505 1094 1176 1249 1253 1640 1812 1867
1876 2108 2155 2189 2218 2374

Patres passim repetunt ea quae de matrimonio in SSer inveniuntur; eodem ergo arguento sacramentum matrimonii agnoscent.

Addunt auctoritatem episcopi 67 384 1249

Cf Siricius ML 13 11 (vel 1136) "Illa benedictio quam nuptures sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est si ulla transgressione violetur."

Varia claritate ad donum gratiae alludunt

319 "ex parte divinae gratiae patræcinium" scil. patrocinium ~~xx~~
~~xx~~ divinae gratiae ex parte coniugis fidelis
320 ecclesia conciliat... obsignat benedictio... Pater rato habet
505 habet charisma sicut castus caelibatus -- at addere possumus
caelibatus ex dono interno et opere operantis, matrimonium ex
ipso initio mysterio

1094 Xpus apud nuptias Canenses dualibus de causis: ut libidinem
ad nuptias vocaret; ut emendaret quod deerat in suavitatem
lucundissimi vini et gratiae (?) (*gratia vini?*)

1249 coniugium velamine sacerdotali et benedictione sanctificari
oportet

1253 sanctificatum a Xto coniugium

1642 vinculum matrimoniale comparatur cum charactere ordinis

1867 iterum comparatur cum charactere baptismali

2017 gratia divina fundatum matrimonium (Innocens I)

2108 Christus Canæ interfuit nuptiis... ut generationes humanæ
principium quoad carnem sanctificaret.

Prosequitur: "conveniebat enim ut qui naturam ipsam hominis
renovaturus erat, non solum iis qui iam in ortu vocati erant
benedictionem impertiret, sed et iis quoque qui postea nascituri
erant praestrueret ut eorum ortum sanctum efficeret"

Unde ut Xpus elevaret totam humanam naturam, ipsum hominis
ortum sanctificavit.

2218 Xpus auctor legitimarum nuptiarum; ~~xx~~ benedictione sua præ-
sentiae Canæ sanctificavit quod potestate sua initio constituit

2374 Dominus præsentia sua Canæ benedixit nuptias; unde non
condemnandæ.

Matrimonium est sanctificatum a Christo domino; iam pertinet
ad hominem renovatum; cum divina gratia connectitur

Augustinus clarissime agnoscit vinculum sacramentale: aliquid
proprium novae legi; respicit tantummodo vinculum tamquam
fundamentum indissolubilitatis, forte inhaerens sensui "sacramenti"
tamquam iuris iurandi

Vel dicendum matrimonium proxime significare unionem indissolubilem
in Xpo mystico; mediate significare gratiam divinam quæ efficit
corpus mysticum, tum quodd membra tum quoad unionem.

Sacramentum matrimonii est ipsa contractus matrimonialis christianorum, qui fit per verba de praesenti.

Thesis exponi potest per syllogismum.

Quod facit matrimonium inter baptizatos, facit sacramenum
Atqui contractus facit matrimonium
Ergo contractus facit sacramentum.

Maior: non datur validum matrimonium inter baptizatos quin eo ipso sit sacramentum.

Quod impugnatur a regalisticis et a variis theologis olim qui voluerunt separabilitatem validi matrimonii et sacramenti.

Minor: sufficit et requiritur contractus.

Quod impugnatur tum ab iis qui voluerunt benedictionem sacerdotalem tamquam partem essentialiem sacramenti (sive priorem partem negabant sive non) tum etiam ab iis qui requirebant consummationem carnalem ad validum ratumque matrimonium.

Pars I. Contractus facit matrimonium.

Pars II. Contractus inter baptizatos facit sacramentum.

Contractus: definitur in CIC 1081

§1. Matrimonium facit partium consensus inter personas iure habiles legitime manifestatus; qui nulla humana potestate suppleri potest.
§2. Consensus matrimonialis est actus voluntatis quo utraque pars tradit et acceptat ius in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad proli generationem.
christianorum

Quod contractus/facit sacramentum proponitur ut fundamentum totius suae legislationis a CIC 1012

§1. Christus dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimoniale inter baptizatos.

§2. Quare inter baptizatos non uit matrimonialis contractus validus iniXi consistere quin sit eo ipso sacramentum.

Quae doctrina iam ante a Pio IX, DB 1640, 1773.

Ex libris
Thesis est doctrina catholica, magisterio ordinario et universalii fidelibus proposita. CIC 1012 §1 non est lex ab ecclesia lata sed lex domini ab ecclesia nuntiata.

Ita Joyce "videtur" Hospelt-Bernhardt "est" fidei proxima. cf AAS 1910 p. 933.

Adversarii. Contra primam partem:

Quod copula pertinet ad formationem matrimonii, est doctrina iuri romano antiquo ignota.

Hincmarus Rhemensis epistula 32 ad Rodulphum ep. Bituricensem aestimat copulam pertinere esse necessariam ut consistat matrimonium.

Hunc in errorem inductus fuit mala intelligentia epistulae Leonis I (epist 167 ad Rusticum, R 2189)

Gratianus et schola Bononiensis canonistarum, saec XII in eundem incidetunt errorem.

Causa errandi erat: lex Lombardica iuxta quam desponsalia seu sponsalia non mera promissio sed pars ipsius contractus, indigens complemento, traditio ne pueriae.

Praeterea causa errandi erat indistinctio inter verba de praesenti et verba de futuro.

Praeterea, argumenta ex hac indistinctione et praxi ecclesiae

Praeterea, verba Leonis I et ps-Augustini

Docuit: matrimonium initiari desponsatione, perfici copula; distinctio inter matrimonium initiatum et ratum.

J. Freisen, in opere suo Geschichte des kanonischen Eherechts, 1888, hunc errorem collapsum renovavit; at certior factus a SS hanc opinionem cum fide catholica non stare, eam secunda editione revocavit.

O D Watkins, Holy Matrimony, strenue defendit.

Adversantur secundae parti: scilicet requiri benedictionem sacerdotalem

Mediaevales pauci: e.g. Gulielmus Parisiensis (fol 1240) qui docuit materiam esse contractum, benedictionem esse formam, in *De Septem Sacramentis*, P 7, a 9.

Melchior Canus: materiam esse contractum, formam esse benedictionem; quam sententiam argumentis metaphysicis fulciri nititur
 (Gropper, eodem fere tempore, *Enchiridion Xianae Institutionis*, ed 1530 fol 206, quamvis recte sentiat de forma, contendit tamen matrimonium quod fiat contra leges ecclesiae et sine respectu ad Deum non posse esse sacramentum)

Quattuor episcopi in Conc. Trid. tamquam sola hac sententia ecclesiam posse invalidare matrimonia clandestina; secus ecclesia substantiam sacramenti mutare tentaret.

Mox varii theologi hanc sententiam amplexi sunt:

Sylbius (ob 1648)

Estius (ob 1613)

Juenin (ob 1713)

Pontius (*De Sacr Matr I c 9 - 1627*)

Tournely (ob 1729)

Benedictus XIV in *De Synodo Dioc VIII c 13 n 4* dicit hanc sententiam valde probabilem; mox agens ut pontifex, in epist "Paucis abhinc hebdomadis" expresse dicit ministros sacre esse ipsos contrahentes.

Regalistae: contractus qui est materia sacramenti est contractus non tam naturalis quam civilis; subest legibus civilibus; leges de impedimentis, etc., a rege sunt ferendae; causae matrimoniales ad tribunalia civilia sunt referenda.

Ita Marcus Antonius de Dominis, archiep. Spalatensis, apostata factus c. 1610, in opere "De Republica Ecclesiastica" lib 5 c 11

Launoy similiter, *De Regia in Matrimonium Potestate*

Quo fundamento leges a Josepho II (1780-90) latae et codex Napoleonis I.

Ulterius progressi sunt alii: sacramentum est sola benedictio sacerdotalis; materia est quaedam sacerdotis impositionis manus.

Petrus Le Ridant (Leridanus) ob 1753

Tabaraud (sac. Orat.)

Nuytz

Unde damnationes DB 1766, 1773

Theologi circa quaestionem: utrum contractus possit validus consistere quin sacramentum; propter possibilitatem eius quod contrahentes positive intendunt contractum et positive excludunt intentionem sacramenti; cum intentio faciendi quod facit ecclesia requiritur ad validitatem; affirmative responderunt "posse separari"

Vasquez (scdm testimonium Tepe)

Billuart (XIX 203) Goretus Hurtado Amiam, Platel, Wirsburgenses
 Dubius haeret prudens noster Suarezius.

50

Probatio primae partis: contractus per verba de praesenti facit matrimonium

Probatur hic in quantum negatur ab iis qui dicunt copulam esse partem essentialiem matrimonii.

Non hic probatur non requiri benedictionem sacerdotalem: hac de quaestione in secunda parte.

Argumentum SScr.

fereunt

Joseph et Maria erant veri coniuges, essentialia omnia matri. per-
Atqui nulla inter eos ~~fœnitio-mat~~ copula
Ergo copula non pertinet ad essentiam matrimonii

Maior: Mt 1: 16, 20 [Joseph, virum Mariae; noli accipere coniugem tuam]
Sine matrimonio vero, Joseph falso diceretur "vir Mariae" et

Maria falso diceretur "coniux Joseph"

Minor: Ex tractatu de beata virginie.

Argumentum PP.

Ambrosius, R 1326, luculenter

Augustinus, R 1868, "non fallaciter ab angelo dictum est"

De nupt et conc 1, 11, 13 "Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Xti" -- si omne bonum impletum, copula non de essentia.

ML 44 810, agit contra Julianum qui dixerat Quia concubitus defuit, nullo modo fuisse coniugium Ps-Chrys, MG 56 802, "Matrimonium non facit coitus sed consensus" citatur a DT Suppl 45 1

Isodorus, Etymol 9,7 (c 6 C 27 q 2) "Coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus"

Argumentum Trad. DB 334, 397, 404

Benedictio sacerdotalis: utrum in primaeva ecclesia.

1) Praxis iam exhibetur saec II ad finem vergente

Glem Alex Paedagogus 3 11 MG 8 638

"...externas comas capiti adhibere est maxime impium quo fit
ut mortuis pilis cranium induant. Cui enim manum imponat presbyter?
Qui autem benedicat? Non mulier quae est ornata sed alienis capillis
et per ipsos alii capiti"

Tertull R 320 matrimonii quod... obsignat benedictio

Siricius RP ML 13 1136 benedictio quam sacerdos nupturae imponat

Conc Carth IV anno 398 Kir 952

...cum benedicendi sunt a sacerdote... eadem nocte pro
reverentia illius benedictionis in virginitate permaneant

2) Matrimonia celebrata absque benedictione sacerdotali non
videntur invalida

anno 428 Theodosius II et Valentinianus II

"Si donationem ante nuptias et dotis instrumenta defuerint,
et pompa etiam aliqua nuptiarum celebritas omittatur, nullus
aestimat ob id deesse, recte alias initio matrimonio, firmitatem"
Cod Theod III tit 7, 1, 3

Hi imperatores erant Xiani

Gothofridus in suo commentario notat eulogiam hic non requiri
quamvis donstet eam in usu fuisse (uti videtur domi et non in facie
ecclesiae)

Postea ex magna parte in desuitudinem abiit

Revocatus et renovatus a Leone VI (Novella 89) ad validitatem
requirabatur. Unde requiritur benedictio ad validitatem in
eccl. orthodoxa.

Probatio secundae partis

Contra duplarem opinionem, nempe:

1) Eorum qui tenent benedictionem sacerdotalem esse de **essentia sacramenti**

2) Eorum qui tenent validum contractum posse inter baptizatos consistere quin eo ipso sit sacramentum.

Quid probandum:

Exsistit aliud ens morale, iuridicum, intentionale, quo vir vere nominatur maritus, mulier vere nominatur uxor, ~~sensubites~~ copula non est fornicariam sed maritalis, consortium non est concubinatus sed M

Hoc ens morale nominatur "matrimonium"

Dicimus hoc ens morale efficax per contractum

Existit praeterea aliud ens intentionale, signum quod est **sacramentum**, -nempe, signum efficax gratiae;

Hoc ens intentionale, signum efficax, nominatur sacramentum matrimonii

Dicimus non posse fieri illud ens morale quin hoc fiat, neque hoc fieri posse quin illud fiat

Argumentum validum

Si aliud praeter contractum inter baptizatos requiritur ut fiat sacramentum matrimonii, ecclesia et graviter erravit et gravissime errat.

Atqui ecclesia neque erravit neque errat.

Ergo nihil praeter contractum requiritur.

Maior:

1) ~~Per totum medium aevum matrimonia clandestina habebantur valida; haec matrimonia valida, progradientे scientia theologia, agnoscebantur ut sacramenta stricte dicta.~~

2)

Numquam enim ecclesia monuit fideles non sufficere validum contractum ut sit sacramentum; et his temporibus a parte et positive docet aliud praeter contractum non requiri.

Atqui nisi monuisset, practice et graviter erravisset; contradictarium vero nunc docens, gravissime erraret.

Ergo si aliud praeter contractum validum requiritur, graviter erravit et gravissime errat ecclesia.

Haec maior:

1) Tempore patristico: adfuit praxis benedictionis sacerdotalis; at legibus ab imperatoribus xtianis latius sufficere contractum, nulla protestatio, nulla monitio

2) Tempore mediaevali: ecclesia docet sufficere consensum (DB 404)

3) Concilio florentino: contractus est causa efficiens sacramenti DB 70

4) Concilio tridentino: maxima pars tenet contractum de se esse sacramentum; disputatur tantummodo quemadmodum ecclesia posset invalidare contractum quin sacramenti substantiam mutaret.

Tametsi: DB 990 "clandestina, vera et rata matrimonia" "matrimonium esse sacramentum" at in clandestinis nihil praeter contractum

5) DB 1640 1766 1773 1854 CIC 1012

Sacr. Matr.: Materia et Forma.

Supponitur supra probatum: matr. sacr. essentialiter in contractu consistere.

Quaeritur quemadmodum hic contractus sit sacramentum, seu materiam formamque habeat.

Sententiae:

1) Catharinus

materia: contractus naturalis

forma: verba olim a Deo "Propter quod relinquit homo..."

Contra est quod forma sacramenti efficitur a ministro; Deus autem non est minister

2) Navarrus (Manuale c 22 n 20) Valentia (N. disp 10 q 1)

Materia: consensus internus

Forma: externa huius expressio

Contra est quod materia debet esse sensibilis; consensus vero internus est insensibilis

3) Vasquez, Mastrius (ad modum contractuum realium)

Materia: corpora contrahentium

Forma: verba quibus traditur ius in corpus, corpora traduntur

Contra est: corpora sunt materia circa quam

Materia circa quam: id quod aliquo modo se habet determinabile

Materia: determinabile illud quod conficitur signum; est pars signi intrinseca

Non videtur ipsa corpora esse partem signi determinabilem.

4) Suarez, Sanchez, sententia communior

Materia: oblatio ex utraque parte facta significata

Forma: significata acceptatio ex utraque parte

Scilicet, Gaius et Bertha contractum ineunt: Gaius administrat sacramentum Berthae quatenus acceptat oblationem a Bertha factam; et similiter Bertha administrat sacramentum Gao quando acceptat oblationem a Gao factam

Oblatio: est signum quoddam, de se determinabile, et quidem determinatur quando fit acceptatio

CIC 1081 §2quo utraque pars tradit et acceptat ius in corpus perpetuum et exclusivum.

Quaenam matrimonia sacramenta.

- 1) Matrimonia infidelium (non baptizatorum) dicuntur sacramenta a quibusdam romanis pontificibus Innocens III DB 407 Honorius III (X, I Tit 36.c 11) Leo XIII, Arcanum divinae sapientiae. Attamen non sunt sacramenta proprie dicta, sed speculative tantum et non practice gratiam significant. Imo, in V T matrimonium non erat sacramentum V L, uti circumcisio, nam non habebatur ut ritus religiosus divino cultui applicatus Billot II 358
 - 2) Matrimonia ab infidelibus inita, qui utriusque ad fidem convertuntur
 - a) Vasquez, Coninek, Mastrius talia matrimonia non possunt fieri sacramentum; quamvis enim consensus renovetur, non fit novum matrimonium, ideoque non fit ~~non~~ sacramentum
 - b) Wirceburgenses, Capreolus, Thomistae multi renovato consensu, fit sacramentum nisi renovetur, non adest materia et forma sacramenti; et sine materia et forma, non adest sacramentum.
 - c) Sanchez, Palmieri, Perrone (II 295 et resp SCong Inq II 3288) et haec est sententia communis.
Eo ipso quod coniuges consentiunt in baptismum, consentiunt in indissolubile inter se matrimonium
Ergo etiam non renovato consensu, matrimonium in infidelitate contractum baptismi suscepito fit sacramentum
Arguitur
S. Paulus Eph 5 32 non distinguunt inter eos qui matrimonium inaequunt ante et post baptismum
R.PP. expresse docent nullum esse matrimonium quod non est sacramentum DB 1640 1773 2237
STh Suppl 59 a 2 ad lm: fit argumentum ex eo quod dicit matrimonium infidelium "habitualiter" esse sacramentum quamvis non actualiter cum non contrahitur in facie ecclesiae -- dicitur interpretando "habitualiter" = potentia ante baptismum, actu post
 - 3) Matrimonia inita inter infideles, quorum una pars convertitur Non est sacramentum, et non disputatur
Ratio est: ex privilegio Paulino, talia matrimonia non habent firmitatem quae pertinet ad vinculum sacramentale
 - 4) Matrimonia inita inter fidem et infidem, ex dispensatione Ecclesie
 - a) Perrone, Palmieri, Pesch matrimonium confertur parti fidei potest: nam infidelis potest administrare sacramentum est: nam non valet hoc in casu privilegium Paulinum (Resp S Off 1759 Collectanea 1312)
 - b) nullum adest sacramentum: Sanchez Vasquez Hunter Wirceburgenses Confirmatur: SSedes concessit 5 Nov 1924 matrimonium dissolutionem.
- Please turn over

Balbus americanus infidelis anno 1915 inivit matrimonium
cum Bertha ex secta anglicana

Ab ea divortium fecit anno sequenti

Postea voluit matrimonium inire cum Sempronia catholica et
quidem fidem catholicam amplecti

Petit a S Sede ut prius matrimonium dissolveretur

Qui petitione annuit sancta sedes 5 Nov 1924

Et alii casus similes postea.

Ideoque deest ea firmitas quae competit vinculo sacramentali.

Difficultates

Essentia sacr. matr. est contractus.

- 1) Patres negant BVM iniisse verum matrimonium cum S. Ioseph
Ambrosius ML 16 318 De inst. virg. 1,7

ML 15 1554 Expos in Luc 2, 4 (of Freisen §§11, 18)

Supponit Joseph non dum mortuum quando Xitus crucifixus; explicat
"Ecce filius tuus" "Ecce mater tua"; dicit si coniugium, ipse Dominus
non tulisset uxorem a marito

Resp. Sensus esse videtur: Maria fuit semper virgo. Coniugium non
erat consummatum. "Utique si convenissent, numquam proprium virum
reliquisset" Expos in Luc.

- 2) Matrimonium est indissolubile.
Atqui matrimonium ratum et non consummatum variis de causis
dissolvi potest.

Ergo matrimonium ratum et non consummatum nondum essentialiter
perficitur; deest enim proprietas essentialis, indissolubilitas

Distinguitur maior: matrimonium est indissolubile intrinsecus, est indissolubile
extrinsecus ex parte potestatis civilis, C
matrimonium est indissolubile absolute ut ne RPont quidem
possit id dissolvere -- sub-dist. rat et consumm C, rat et non consum N

Pariter? distinguitur conclusio

Matrimonium ratum et non consummatum nondum essentialiter
perficitur -- Nego

Nondum impletur conditio sub qua Summus Pont. non dissolvit, Conc.

- 3) Requiritur ad validitatem sacramenti intentio ministri faciendo
quod facit ecclesia

Atqui contrahentes saepe ignorant se esse ministros, saltem
possunt positive intendere contractum et excludere sacramentum

Ergo separabilitas

Resp. Intendunt id quod intendit ecclesia

Si positive excludunt, et haec intentio praevalet, ne contumahunt
quidem.

- 4) In concilio Wintoniae habito anno 1076 sub Lanfranco statutum est
"Ut nullus filiam suam vel cognatam det alicui absque benedictione
sacerdotali: si aliter fecerit non ut legitimum coniugium sed ut
fornicatorium iudicabitur"

Resp: Est legislatio contra matrimonia clandestina.

Declarat praesumptionem fori externi.

Attamen praesumptio fori externi cedit veritati quam primum
veritas probetur.

Medium aevum habuit matrimonia clandestina ut valida.

asymmetrical

Cucus spectabilis - auto type

adversus - auto

Mc. 10. 2 Sept 1897

Project de V.T. Dent

Legal 67

Joyce 1st

← Cylind. cones

S. writer for modern by themselves - support given

S. writer for modern by themselves - support given

S. writer for modern by themselves - support given

W. W. G. com inserv. Dent - Legal 67 3rd Blanks

Project despatched

18. 12. 1897 Schawar ~~Mc. 10.~~ 67

543

B In epistola S. Pauli prima ad Corinthios (10: 16-22) non obscure innunitur in missa peragi verum et proprium sacrificium. BB 939.

Praenotanda:

- a Finis incisi est "fugite ab idolorum cultura" v. 14
- b Medium ad finem est argumentum ex parallelismo: "vos ipsi iudicate quod dico" (v. 15) et sequitur comparatio inter eucharistiam et sacrificia ~~xxx~~ iudaica (v. 18) et pagana (vv. 19-21).
- c Ante de mandatione idolothytorum publica (in idolio) actum est (1 Cor 8 10); unde suadetur quod hic agitur de cultu privato pagano
- d Trapeza in usu saltem religioso stat pro altare, scilicet, id super quod ponitur sacrificandum, sacrificatum qua tale. Ez 41 22; 44 16; Mal 1 7; 1 12; Is. 65 11; Exod. de mensa ubi ponitur panes propositionis, decies et sexies.
- e In graecitate hellenistica testantibus papyris apud Oxyrhynchum inventis, invitatio ad caenam erat non eis trapezan sed eis kleinen scilicet non ad mensam sed ad lectulum DTC 10 832
- f In usu classico pagano, cultu privato, mensa fiebat altare eo quod vasculum cum sale et patellae imponebantur (patella: scil. small dish used in sacrifice) Lamiroy p 202 n 2.

Vis argumenti:

- a Eo quod corpus Xti sub specie panis/~~sxt~~ sanguis Xti in calice sunt in statu victimali
Scilicet, non solum sub specie propria habetur corpus Xti et sanguis tamquam victima sacrificii sed etiam in eucharistia est formaliter victima, hostia, sacrificiale quid.
- b Eo quod non solum crux est altare ubi corpus et sanguis Xti sunt sacrificalia sed etiam mensa caenae dominicae est altare
- c Unde non asserimus testimonium directum quod in missa peragitur verum et proprium sacrificium
- d Sed asserimus testimonium indirectum et suasivum

Probatio:

- In missa peragitur verum et proprium sacrificium si a communio eucharistica est participatio corporis et sanguinis Domini tamquam in statu victimali b mensa eucharistica est ~~sxt~~ altare Atque haec duo... Ergo...

- a Asseritur parallelismus inter communionem eucharisticam et participationem sacrificiorum iudaicorum et paganorum
Atque haec erant vera et propria sacrificia
Ergo et eucharistia est verum proprium sacrificium
- M: koinonia somatos ~~xxx~~ animatos (16) 'enos artou metekhomen (17) koinomoi thusiasteriou (18) koinonous daimonion (20) poterion Kurionupinein kai poterion daionion... trapezes kurion metekhein kai trapezes daionion (21)
Porro participatio sacrificiorum Iudeorum vel paganorum erat formaliter talis, scil. comestio sacrificati qua sacrificati, comestio alicuius rei que adhuc retinebat rationem victimae sacrificialis
Unde et corpus qua sub specie panis et sanguis qua sub specie vini in calice habent rationem formaliter sacrificalem, ad sacrificium pertinent.
- b Asseritur parallelismus inter mensam Domini et thusiasterion iudaicum, mensam paganam.
Atque haec erant tales propter oblationes sacrificias, sacrificientis.

Matrimonium in diabolis

573

1 utrum sit lex - quodis

2 utrum admissit exceptionem - quodis

lex: voluntatis retinere, ex horum emendam, ab eis statim legitimis, justificata
Matris regis: in quod per legem ordinatur

Ita autem ratio gubernacionis non in die nuptiarum in primis removatur existens

93 1-6

3 naturalis - participatio legi actionis in natura actioni

94 1-6 in irrationali, deinde participatio, quae cum sit proprie legis, non participatio est

4 lex positive

de bona / representativis participatio legi actionis ad formam representacionis

5 in imposito V.T. 98, et 105

6 lex naturalis / in imposito N.T. 106-108

7 lex voluntaria / determinatio ex voluntate in modo particulari

8 lex voluntaria / voluntate, modus legi.

9 lex voluntaria / voluntate, modus legi.

III Despotatus proprio dicto

10 lex voluntaria / voluntate, modus legi

93

11 lex voluntaria / voluntate, modus legi

94

97,4 legem propriam dicta / voluntate, modus legi.

27

12 legem propriam dicta / voluntate, modus legi.

13

13 lex voluntaria / voluntate, modus legi.

14 lex voluntaria: legi cum sit ordinata ratione et permissio
neglectus que sunt pro se
et deinceps que sunt per accidens
dico universalis esse causam actionis
a primiti sunt exceptores - iurant
ne occidere

15 lex voluntaria: ubi conflictus inter eum et quis sententiam habet
pro accidens sed ex eo quod sunt per accidens et
propter malam voluntatem

16

16 lex voluntaria: de puto, aut dirortionem aut occidendum

17 lex voluntaria: aliquo rebus malorum, non sunt leges
sanctioribus

3 Ex sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech dederit
offerri Deo in missa verum et proprium sacrificium.

a) Argumentum traditione solemne.

b) "Quoniam sub priore testamento (testante Apostolo Paulo) propter Levitici sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat, oportuit (Deo Patre misericordiarum ita ordinaente) sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech (Gen 14 18; Ps 109 4; Hebr 7 11) surgere, Dominum nostrum Iesum Christum, qui posset omnes quotquot sanctificandi essent, consummare (Hebr 10 14) et ad perfectionem adducere." DB 938.

Testamentum: berit, diatheke, foedus, oeconomia salutis.
patriarchale: Gen X 15 7ss; Lc 1 72; Gal 3 17 quod Deus cum Abraham pcpig
mosaicum: Emod. 24 8 Hebr 8 9; 9 20 quod Deus cum Moyse et populo pcpig
novum: in sanguine Christi pactum et sanctum

Sacerdos: mediator inter Deum et homines (Hebr 5 1-10; 8 3ff; 9 15)
constitutus iure positivo ad offerendum munera et hostias.

Ordo sacerdotalis: sacerdotes alicuius oeconomiae salutis /fiat
Hebr 7 12: translatu enim sacerdotio, necesse est ut et legis translatio
ordo leviticus: sacerdotes legis mosaicae
ordo Melchisedech: secundum typum excellentias futurae, ipse Melchisedech
: in antitypo, Christus principaliter et aeternaliter
Hebr 5 6; 5 10; 6 20; 7 11ss; cf IIIa 22 6.
: in antitypo ministerialiter, sacerdotes Xtiani,
"per mortem sacerdotium eius exstinguendum non erat" DB 93

Imbecillitas ordinis levitici: Hebr 8 13; 9 9-10; 10 4-11

Ordinatio ad aliud testamentum et sacerdotium: & Hebr 8 8-12; 10 16-17
sed transalata lege, transferitur et sacerdotium (Hebr 7 12 convertitur enim
unde oportuit aliud sacerdotium secundum ordinem Melchisedech (Hebr 7 11 ff)

Ordo Melchisedechicus:

in figura: Gen 14 18 ubi legitur vv. 18-20
proferens panem et vinum: patitur sensum sacrificalem; "proferens"
est forma Hiphil de radice et significat "exire fecit"
erat enim sacerdos... : enim hebraice est wau; potest habere sed non
necessario habet sensum causalem "enim"
dici potest cum Petavio: aut verum et proprium sacrificium aut typus
veri et proprii sacrificii in pane et vino; positio PP.
excellentia Melchisedech: Hebr 7 1-10
in re principaliter: Christus Dominus
Ps 109 4: Iuravit Ds et non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum
secundum ordinem Melchisedech. Cuius sussus messianicus ex Hebr
Hebr 5 6; 5 10; 6 20; 7 11-28

53A

Dispersed in large areas

- processes in large intervals

 - ↳ unstable for nature - here primary metals - no basic descriptive
group categories
 - ↳ ingredients work effectively although secondary
point of interaction at junctions

$$n^2 \approx 2 \times 10^{-10} \text{ cm}^{-2}$$

1947.6.12. 1947.6.12. 1947.6.12. 1947.6.12. 1947.6.12. 1947.6.12. 1947.6.12.

2) The first part of the paper is devoted to the analysis of the data obtained in the plateau

Albion Island, Oct. 1 - 27. 1918. A fine day with a light wind from the SSW. The water was very clear and the bottom sand and shell. The fish were numerous and varied. The following were taken:

For example, the 1842 census lists 18 slaves in the household of John and Mary Thompson, 1842 Q10147.

For the first time, the results of the present study have shown that the *in vitro* growth of *Candida albicans* is inhibited by the presence of *Leptospiral* LPS.

BRITISH MUSEUM LIBRARY
1871

For the first time in history, the world has the opportunity to end poverty and achieve sustainable development.

Ex sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech deducitur in missa offerri Deo verum et proprium sacrificium.

a) DB 938: "sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans" se ipsum obtulit sub speciebus panis et vini.

Declarans: non verbis, de quibus nihil in SScr, sed factis, scilicet offerendo sub speciebus panis et vini.

Gen. 14: 18-20 "At vero Melchisedech, rex Salem, proferebat panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei et ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit caelum et terram; et benedictus Deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et [Abram] dedit ei [Melchisedech] decimas ex omnibus."

Ps. 104, 9: "Iuravit Dominus in et non paenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech."

Hebr. 7: Adducuntur hi textus et similitudines exponuntur inter sacerdotium Melchisedech et Christi, praesertim ad demonstrandam aeternitatem sacerdotii Christi; nihil tamen de eucharistia dicitur.

Traditio catholica ulterius docet similitudinem in eo quod uterque in pane et vino obtulit sacrificium. Vide Cyprianum ep. 63; Bellarmine, De Euch. V 12, qui multos textus collegit.

b) Dupliciter se habet typus ad antitypum qui figuratur in tipo.

Primo modo, ut typus significet quid sit antitypus, et hoc modo ordo leviticus significabat et figurabat ordinem sacerdotium Christi.

Secundo modo, ut types significent excellentiam antitypi, et hoc modo ordo Melchisedech qui ab Abram descendens ab ipso sacerdotio levitico (in humbris Abram virtualiter contento) decimas sumpsit est typus praeexcellentiae Xti super sacerdotium leviticum. IIIa q 22 a 6.

Unde nullo modo pertinet Xitus ad ordinem leviticum cui finem dedit; pertinet vero ad ordinem Melchisedech quatenus Melchisedech figurat praeexcellentiam Xti.

Unde ritus leviticus sacrificialis in pane et vino (Ex 28, Num 29), ritus subordinatus et secundarius et ad complementum ordinis levitici, non est ad rem.

Divus Thomas de Lege, I-II qq. 90-108

90 de notione legis

- a 1 aliquid rationis
- 2 in bonum commune
- 3 a multitudine vel qui curam multitudinam gerit
- 4 promulgata

91 de divisione legis

- a 1 aeterna cf q 93 aa 1-6
- 2 naturalis 94 aa 1-6
- 3 humana qq 95-97
- 4 divina VT qq 98-105 NT qq 106-108

92 de effectibus legis

Indissolubilitas matrimonii, Definitio tridentina, DB 977

Obiectum directum canonis est inerrantia ecclesiae in hac materia: directe enim damnantur qui dicunt ecclesiam errare

Obiectum indirectum est ipsa matrimonii indissolubilitas: si ecclesia non errat docens indissolubilitatem, verum est matrimonium non posse dissolvi

Indissolubilitas est: proxima fidei (propositio fidei)
et negare indissolubilitatem est haeresi proximum

Nota historica

In prima forma directe canon damnavit negantes indissolubilitatem. Legati Veneti synodum monuerunt sic anathema ferri in Graecos quos eorum res publica subditos habuit in insulis Creta Corcyra Zacyntho.

In his insulis Graeci reprobabantur ab episcopis a Sancta Sede nominatis sednsuis ritibus utebantur. Timebant Veneti eos in plenum schisma abituros si consuetudo adeo inolita damnaretur.

Qua de causa concilium mutavit damnationem ut tantum protestantes contra doctrinam catholicam clamantes plecterentur.

Obicitur canon esse disciplinaris et non dogmaticus

Ita Sarpi, Launoy, alii minus orthodoxi. Vide Perrone III 411 ff.

Arguant concilium directe damnaturum fuisse errorem si dogmaticus esset. Non directe. Ergo non dogmaticus.

Respondetur: canon continet verba "iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam" quae doctrina non est disciplinaris sed iure divino et ab ecclesia immutabilis.

Obicitur canon non potest esse dogmaticus.

Numquam obstaculum reunionis inter schismaticos Graecos et Catholicos fuit hic graecorum error.

Atqui obstaculum fuisse, si error dogmaticus

Ergo non dogmaticus

Respondetur: tempore conciliorum ad reunionem, error graecorum magis practicus quam doctrinalis fuit; numquam graeci catholicos de errore in hac materia accusaverant. Unde non deerat spes emendationis, et sic non virus est error constitutere impedimentum absolutum.

Textus Matthaei

I. Mt 5 32 (Merk)

... oti pas o apoluon ten gunaika autou /1/ parektos logo u
porneias /3/ poiei auten moikhethenai /4/ Kai os ean a polelumenen
gemesē, moikhatai

II. Mt 19 9 (Merk)

... oti os an apoluse; ten gunaika autou /1/ me epi porneia_ /2/
/ kai gemesē allen /3/ moikhatai.

Variantes lectiones.

In (I) omittitur /4/ kai... moikhatai D 64 k a b

In (II), uti apud (I) sumitur /1/, omittitur /2/, sumitur /3/, additur /4/
a) sumitur /1/ ex (I): B 33 D ls ... Or Eus

b) omittitur /2/ ad modum (I): B 33 ls ... Or

c) sumitur /3/ ex (I): Ta BC⁺ 33 ls ... Or [legitur: moikheθenai]

d) additur /4/ ad modum (I): excipiuntur SC^oL D 69 7 ... qui non adiungunt.

*↳ Vat. add. καὶ ὅποις πάντες γένος μοιχεῖται
Crd. Epis. καὶ μοιχεύειν γένον μοιχεῖται*

Or Origines graecus

B Roma Vat saec 4

C Paris saec 5 C^o prima manus C^o correctores

D Cambridge saec 6

S Petersburg saec 4/5

L Paris saec 8

33 Minuscules: Paris saec 9/10

ls Minuscule a saec 12

Opiniones

1) Critici moderni: Matthaeus, vel magis auctor huius evangelii, hebreus scribens, mitigat veram Domini doctrinam.

Dominus clare docuit inseparabilitatem; auctor introduceit exceptionem.

2) Protestantes, Graeci orthodoxi et quidam catholici, Catholici occidentales rariissimi (Caietanus Catharinus Launoy),

Dominus admisit solutionem vinculi in casu adulterii

3) Catholici: vinculum non solvitur in casu adulterii.
Diversimode interpretatur Mt 5 32; 19 9.

Circa interpretationem textus.

1) Nulla est difficultas de sensu recto: hic sensus est clarus et verissimus.

Disputatur tantummodo de sensu obliquo: quid inde sequitur.

2) Mt 5 32

Si ob aliam causam quam porneia homo uxorem dimittit, ipse facit eam moechari; et qui dimissam duxerit, moechatur.

Praeter casum porneias, non solvitur vinculum

Mt 19 9

Si ob aliam causam quam porneia homo uxorem dimittit et aliam ducit, ipse moechatur.

Praeter casum porneias, non solvitur vinculum.

Sensus in recto est clarissimas et verissimus; sed quid implicite dicitur in illo "praeter casum porneias"

Quid implicite dicitur est sensus in obliquo; de hoc implicito disputatur; et tantummodo de hoc implicito.

3) Sensus obliquus potest esse:

a determinatio legis moysaicae et non legis evangelicae

Dominus docet veram interpretationem Deut 24 1-4; Moyses permisit vel toleravit divortium non ob quamcumque causam ut vult schola Hillel sed tantummodo ob causam adulterii -- Lagrange

b indeterminatio, quaestio p̄missa praetermissa:

Dominus docet id quod docet; praetermittit aliquam quaestionem quam hoc loco non determinat; utrum vinculum solvatur per adulterium, hic non determinatur; sed quod non solvitur ab aliā causā, affirmatur Ita Augustinus, Bellarminus.

Quo in casu, deest sensus obliquus dete minatus; quid de tali casu sit adulterii dicendum sit, ex aliis locis colligendum est.

c determinatio legis evangelicae: datur casus in quo vinculum solvitur

a' casus est matrimonium invalidum

- c sensus in oblique est determinatio legis evangelicae
datur casus in quo solvitur vinculum matrimoniale
qui casus est
a' fornicatio ante matrimonium commissa; impedimentum dirimens
apud Iudeos, agnitus a Xto in lege evangelica. Döllinger
b' incestus: matrimonium invalidum propter impedimentum dirimens
scdm Lev 18; Act 15 29; 1 Cor 5 1. Patrizzi, Aberle, Crampor
c' impudicitia, adulterium uxoris
solutio autem non est ipsius vinculi sed separatio mensae et tori
ita communiter multi.

4) Dico

- a "porneia" potest significare adulterium
Ita Osee 3, 3 Amos 7, 17 Ecclius 26, 12 Hermas Pastor Mand iv, 1, 4
b fornicatio admissa ante matrimonium non est impedimentum
dirimens in lege evangelica iure divino
c quod porneia denotat "incestum" a gravibus auctoribus
defenditur; saltem primo aspectu videtur carere solido fundamento
d Mt 5 32 patitur interpretationem de separatione mensae et tori

Qui dimittit ob aliam causam, responsabilis est pro peccatis
dimissis; qui dimissam dicit, moechatur

Debetur dimissio ubi maritus non est responsabilis pro peccatis
dimissis; sed etiam hoc in casu, qui dimissam dicit, moechatur;
ideoque nulla vinculi solutio

Etiam hoc in casu: generalissime dicitur "a polelumenen";
præterea, non est melior conditio adulterantis; ~~secundum~~ ~~adulterantur~~ ~~secundum~~ ~~adulterantur~~ ~~adulterantur~~
~~secundum~~ ~~adulterantur~~

e Mt 19 9 non videtur fundare hanc interpretationem si legitur
uti apud Kerk

f opinio Lagrange est clara et intelligibilis; recentior tamen
et ideo audacter. Dugas omittit approbationem huius opinionis.

g Mt 19 9 in se consideratum: aut incestus aut indeterminatio
aut determinatio legis moysaicae aut separatio mensae et tori.

h Non potest admitti opinio protestantium et schismaticorum:
sensus obliquus non potest contradicere sensum rectum in
multis aliis locis SSer inventum. Dant. M.L. de. Rom. Cor.

i Criticorum opinio, auctorem evangelii Matthaei mitigasse
doctrinam Domini, dimitti non potest, stabilita inspiratione N.T.

Objecit: debet fuisse aliquam interpretationem tangere nonne: idcirco dicit
Rsp. (egregie dicitur sensum uniuscunctorum - obiectio S. statim
subjective Dir. alia certa atq. dubia probabile c.
omnium non inter pote probat.

De libello repudii.

1) Mc 10 4: Moyses permisit libellum repudii (biblion apostasou) scribere et dimittere.

Mt 19 7: Quid ergo Moyses mandavit (eneteilato) dare libellum repudii et dimittere.

Mc 10 5: Ad duritiam cordis vestri (pros ten skerekardian umon) scripsit vobis paeceptum istud.

Mt 19 8: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras.

2) Scdm Dominum: Moyses permisit, scripsit paeceptum; tamen hoc fecit non simpliciter sed ad (secundum, pros) duritiam cordis vestri.

3) Deut. 24 1-4

a Ponitur totum sub hypothesi.

Si acceperit.. habuerit.. non invenerit.., scribet.. etc.

b Supponitur praxis iam vigens: paeceptum respicit tale suppositum uxores dimitendi; paecepit autem a-dare-repudium-in-tali

a' dare libellum repudii

b' si dimisa novos nuptias init, dimissam non recipere in domo

c Quaenam sit foeditas? וְלֹא נִתְּנָהָרֶת hevit daber
Litteraliter "nuditas rei"

Tempore Xti inter rabbinos disputabatur.

Schola Schammai: "aliquid turpe contra fidem matrimonii"

Schola Hillel: quodcumque reddit uxorem minus gratam marito

d v. 4 "polluta est et abominabilis facta est coram Domino"
dicitur de dimissa quae cum alio coniuncta fuit
continet gravem reprehensionem

Scdm commentatores verbum Hebraicum (ונַפְלָה) quae est Hophael
a (& pollui) significat "pollui per adulterium"

Cf. Lev 18 20, Num 5 13; 14 20

Driver (Internat. Critical Commentary) citat Keil: "The marriage of a divorced woman is thus treated implicitly ad tantamount to adultery and the way is prepared for the teaching of Christ on marriage."

4) S. Thomas, Suppl. 67 aa 2 et 3.

a. 2. Potest esse licitum uxorem dimittere per dispensationem. Sed contra arguit ex eo quod Abraham cognovit Agar uxorio affectu, et tamen divino paecepto et sine peccato eam dimisit.

a. 3. Quaeritur de casu particulari, nempe de libello repudii.

Ponit duas opiniones: prima opinio communior est Moysen sustulisse poenam (permisio per privationem punitionis) propter maius malum uxoricidii cohibendum; ita ut poena tantum temporalis tollatur et non ratio peccati neque poena perpetua (ad fin); alia opinio probabilis est nullam culpam fuisse in usu libelli. In solutione objectionum S. Thomas respondit in favorem utriusque sententiae.

5) Thomistae generatim sequuntur primam opinionem; Sanchez et sequaces secundam.

casus personales, tamen divina dispensatio licita.

65

Utrum libellus repudii solvebat vinculum.

1) Erat praeceptum (Mt 19 7; Mc 10 5)

Tamen Moyses non praecepit ipsam repudiationem
In hypothesi talis repudiationis praecepit duo: tradere libellum
et non recipere dimissam ab alio ductam

2) Erat permissio (Mt 19 8; Mc 10 4)

Quae tamen permissio dupliciter intelligi potest
a Deus dispensavit et vinculum solvit
b Deus non dispensavit neque vinculum solvit
Sed legislator Moyses, cum ad duritiam cordis eorum a busum
tollere non speraret, imo maiora mala uxoricidii timeret, positivam
legem contra abusum non tulit sed tantum consequentia mala ex abusu
restringere conatus est
Cf. praxin prudentis confessarii qui non docet paenitentem
de peccatis materialibus ubi fructum emendationis non sperat.

3) In prima opinione:

a Non ponitur oppositio inter Deum ab initio legislantem et
Moysen ad duritiam cordis legislantem; sed inter Deum legislantem
et Deum dispensantem

b Non habetur ulla explicita assertio ipsius dispensationis

c Non explicatur cur si dimissa alium nupsit polluta sit et
abominabilis coram Domino

Hoc enim referunt fautores sententiae ad primam dimissionem
seu culpam dimissionis causam aut ad secundas nuptias; si illud,
non explicatur locus; si hoc, non solvitur vinculum

d Generatim afferuntur argumenta non probantia: assumunt quod
si vinculum non solvitur, adsunt peccata formalia, quod Moyses
tenetur docere de peccatis materialibus; haec probare non possunt
vel saltem non probant

4) In secunda opinione

a Quae est media inter duas a DTh recitatas

b Adest difficultas: si manet vinculum cur mortuo secundo viro
non possit dimissa ad primum redire; si enim manet vinculum, redire
debet.

Absolute loquendo, redire debet; sed in hypothesi abusus necessario
tolerati propter maiora mala, in hypothesi repudiationis reducenda
ad mala minima, non pari luce constat eam redire debere -- ita enim
impossibile esset inducere ullam stabilitatem; dimitens semper potuit
dimissam revocare -- libellus dedit solutionem coram lege non coram Do

coram Do / Second, first, only - sum' debt
Second point and third - nullitate

Utrum libellum repudii erat solutio vinculi.

1) Praeceptum (Mt 19 7; Mc 10 5) respicit a obligationem dandi libellum in casu repudii b obligationem non iterum recipiendam uxorem dimissam et novis nuptiis inquitam.

Moyses non praecipit ut uxor ingrata vel infidelis repudietur; sed si repudiatur, tunc detur libellus.

2) Permissio potest esse

a divina dispensatio solvens vinculum
b tolerantia non solvens vinculum sed relinquens errantes in peccatis materialibus propter defectum spei emendationis, imo propter timorem peioris meccati

Talis tolerantia adhiberi potest a confessario in casibus particularibus et debit is cautelis.

In V. T. adhiberi potuit a legislatore quia media gratiae tunc non ut nunc abundaverunt.

3) Favet secundae opinioni [quae est media inter duas a Dicitatas]

a Si solutio vinculi, cur novae nuptiae fecerint dimissam "pollutam et abominabilem coram Domino"

b Dominus opponit id quod a Deo ab initio statutum est et id quod Moyses permisit: ut oppositio sit non mere apparens, agitur in secundo casu de Moyse legislante et non de Domino dispensante

c Legislatio ad duritiam cordis non est dispensatio sed tolerantia

d Non est affirmanda divina dispensatio a quam exstetisse non directe constat b sine qua facta omnia explicari possunt.

in N.T.

Sacra Scriptura/non agnoscit solutionem vinculi propter adulterium.

- a Agitur de SScri sola. Positio est negativa: id qd req et suff ad thesin non intendimus solvere quaestionem exegeticam
- b Assertum patet ex dictis universalibus apud Mc, Lc, Rom, 1 Cor.
- c Mt 5, 32 non agnoscit solutionem vinculi proprie dictam

Non in sensu recto: sensus enim rectus est "si ob aliam causam dimittit uxorem et novam ducit, moechatur; et qui dimissam dicit, moechatur." Sensus rectus est negatio solutionis.

- Neque in sensu obliquo: variis de rationibus cumulatis.
- a' ^{Le 'Omnis'} Sensus obliquus minus varius loci non contradicit reliquo N.T. Mc "Reiunio"
 - a' Non laxior est lex evangelica quam lex Moysaica (Mt 19, Mc 10)
 - a'' Atqui ipsa lex moysaica non agnovit solutionem vinculi proprie dictam
 - a'' supponit praxim existentem quam restringit duplice preecepto
dandi libellum et non recipiendi dimissam & ab alio ductam
 - b'' implicate dicit dimissam et ab alio ductam esse adulterio inquinatam
'polluta est et abominabilis coram Domino'
 - c'' unde Dominus "pros skerokardian umon"
 - d'' Quamvis non ana est catholicorum sententia et interpretatio huius loci; tamen haec est interpretatio SScri fundata; alia nititur considerationibus generalibus (et quidem minus convineentibus)
 - b' Quamvis ponitur exceptio quod "facit eam moechari" non ponitur explicita exceptio quod "et qui dimissam dicit moechatur"
 - c' Neque subaudienda est talis exceptio: puta "et qui iniuste dimissam dicit moechatur"
 - a'' Non praesumenda sed probanda est peior conditio iniuste dimissarum, melior conditio adulterantium
 - b'' Praesertim cum deest articulus "apolelumenen" et non "ten apolelumenen"
 - c'' Praeterea si tt iniuste dimissas respicit, quid si hae adulterantur et moechantur; num fiunt iuste dimissae, ita ut amplius non moechentur.
 - d Mt 19, 9 prout in multis codicibus et in Vulgata legitur non admittit solutionem vinculi proprie dictam

Ita enim leatus, locus idem dicit ac Mt 5 32; et eadem argumenta redeunt

- e Mt 19 9 prout in aliquibus codicibus maximi valoris legitur non probat solutionem vinculi proprie dictam.

a' Non in sensu recto

- b' Neque in sensu obliquo: valet argumentum (c, a'); praeterea, sensus obliquus in uno loco scdm quosdam codices non potest contradicere sensum rectum in multis locis scdm omnes codices.

- c' praeterea: non solum obest reliquum NT sed ipse locus Mt Ds dicit: Quod Deus coniunxit homo non separat; quod sua doctrina est perfectior ds legis moysaicae (ad duritiam cordis); quod sua doctrina est scdm ideale primitivum -- hoc non potest interpretari de electinne scholae Schammai loco scholae Hillel

Pesch #782 (1920, VII 394)

Indissolubilitas matrimonii. Patres.

- R 86 Hermas
R 119 Justinus
R 420 Clem Alex
R 506 Orig 507
R 1212 Chrys
R 1861 Aug 1863 1642

Adde: Lactantius 642
Hilarius 854
Basilius 922
Nazianz 1002
Abmros 1008 1322
Hieron 1351 1352 1388

Tert. De Patientia(ML 1 1379) 12

Aug ML 40 220 De Fide et Operibus 19, 35

Hoc loco Augustinus docet magis excusabiles esse qui propter adulterium uxores dimitunt et novas ruptias ineunt; quamvis enim de lege Domini re vera nullum dubium, tamen aliqua causa dubitandi in hoc casu.

11

Indis solubilitas matrimonii -- Objectiones e Patribus.

69

1. S. Basilius, epist 188 (canonica 1) ad Amphiliocum (MG 32 678)

Allegatur a Graecis tamquam doceret Basilius "quidquid sit de evangelio consuetudinem esse licere homini inire novum matrimonium si uxorem dimiserit ob quamlibet causam"

Respondeatur: Basilius respondet non de re morali sed de poenitentia canoniceis quae adulteris infliguntur; docet consuetudinem suae ecclesiae esse longe strictiorem circa uxores quam circa maritos, quamvis evangelium parem rigorem in utrosque habet.

Videtur haec responsio nostra esse certa. Cf. locum parallelum in epist 199 (canonica 2) can 21 (Mg 32 722); etiam interpretatio Balsamonis (MG 137 809).

Contra Zonares et Aristenus (MG 138 723) hunc et alia severiora loca Basilii ad suum sensum detorquent. cf Harmocopoulos MG 150 142

Loca Basilii in nostrum sensum MG 31 852; 32 730; et RJ 922

Ruptio existat apud Pach #782 (VII 394, 110)

2. Epiphanius, Panarion Haer., 59, 4, 9 (GCS 31, 368, MG 41 1026)

Arguit Epiphanius contra Catharos qui secundas nuptias prohibebant.

Admittit Epiphanius clerum non debere secundas nuptias inire sed orationi vacare. Laicos vero mortua una parte novum matrimonium inire licere, etiamsi ante mortem superstes propter adulterium vel aliam causam dimissus (dimissa) fuerat.

Nomina auctorum Lutheranorum qui admittunt nullum argumentum pro divortio ex hoc loco recitantur apud Palmieri 155 Perrone III 304.

Emendatio quedam textus a Petavio proposita inserit particulam "aut" "n" ita ut sensus sit: si una pars mortua aut propter adulterium vel aliam causam dimissa, licere novas inire nuptias.

Haec emendatio admittitur apud Benedictinos (MG 41 1023) et uncis inclusa textui CSG inseritur.

Haec emendatio non est admittenda. (Joyce)

3. Iactantius RJ 642. Simpliciter citat verba Domini sine commentario. Nullum inde argumentum haberi potest.

4. Ambrosiaster ML 17 217 (in 1 Cor 7) clare contra nos.

Valor huius auctoris ignoti est paxxus superabilis: bene potest supponi eum contra traditionem loqui, sicut et ille Follentius ad quem scripsit Aug "De coniugiosis adulterinis"

Joyce, folia 40
Pesch §783, (1920, 7: 396)

70

Concilia et Rom Pont de indissolubilitate matrimonii

Conc Illiberitanum (a 313) can 9 (Kirch 332.2)

Prohibitio secundarum nuptiarum in casu separationis propter adulterium; et si fiunt secundae, recusanda est communio domine prior compars mortua, excepto articulo mortis eius qui peccat

Conc Arelatense (a 314) can 10.

Urgentur episcopi ut prius consilio quam excommunicatione agerent circa separatos a coniuge propter adulterium et in secundis illegitimi nuptiis versantes.

Sensus confirmatur ex rubrica seu titula canonis

Male interpretatur, Meyrick, Dict. Christian Antiquities

Caetera Pesch §783

Romani Pontifices

Innocens I, epist ad Exsuperium, 6 (ML 20 498)

Greg II ad Bonifacium (a 726) (ML 89 525)

Citatur a Watkins (p 378) tamquam unicum exemplum eius quod Romani Pontifices ab indissolubilitatis doctrina deferrunt.

Prima facie textus contra nos: si mulier non potest debitum reddere, bonum est novis nuptiis virum non inire; quod tamen magnorum est; si vir se continere non potest, nubat.

Attamen citius concludit watkins. Totus sensus responsi ad Bonafacium pendet a quaestione proposita.

Fieri potest quod agitur de matrimonio non consummato in casu impotentiae perpetuae. Inter Germanos enim fiebant, certis conditionibus, sexuum matrimonia inter impuberes. Vide Liutprand 12, 129 MGH leges lv

Scholion, Joyce folia 41.

De Defectione Ecclesiae Græcae.

Praesertim post conc. Chalcedonense Ecclesia orientalis plus debito imperatores reverebatur.

Imperator paganus etiam summus pontifex fuit fuerat; imperator christianus non solum summus ecclesiae protector sed etiam rector esse voluit.

Officiales tale ius imperatori nativum eique inseparabile aestimabant.

Episcopi orientales contra leges civiles ecclesiasticam disciplinam exercere non audebant; contra episcopi occidentales non dubitabant poenitentiae publicae eos subicere qui secundum leges civiles divortium fecerunt.

Pedetendim systemata inter se opposita, canonicum et civile, in unum coauerunt, nempe in sistema a Iustiniano constitutum.

Inde forte a tempore Iustiniani ecclesia orientalis divortia tolerabat quamvis ea solemniter sancire nonnebat.

Saec XI, Alexius patriarcha Constantinopolitanus, expresse permisit ut sacerdos benedictionem nuptialem eis impertiret qui propter culpmad adulterii in alia parte novas nuptias inierunt.

Post cassae divortii multiplicatas ita ut tempore expugnationis Constantinopoleos, a 1453, duodeviginti (18) agnoscebantur; postea aliae causes introductae fuerunt, ita ut facile quodvis matrimonium dissoleti possit.

Vide Poenitentiale Theodori

Conc Trullanum c 87 (a 692)

cf Canonis Basili 9(epist 1) 35 (epist 3) 77 (epist 3)

Justinianus (Nov 134 c 11)

cf Justinus II (565-578)

De Approbatione Divortii in Occidente, saec VII et sqq.
Joyce Folia 42

- Concilia Bermeriense (Verberies a 756) et Compediense
(Compiègne a 757) admittit solutionem vinculi ob causas sequentes.
- 1 Adulterium
 - 2 Servitutem quam altera pars ob flagitium incurrexit
 - 3 Desertionem obstinatam ex parte uxoris
 - 4 Captivitatem alterius partis quae redimi nequit
 - 5 Professionem religiosam alterius partis
 - 6 Lepram

Haec concilia non erant pure ecclesiastica; aderant magnates laici; at episcopi consensisse videntur.

Concilio Compediensi interfuit legatus a S. Sede, Georgius Ostiensis, qui caeteris canonibus non consensit sed solutionem propter professionem religiosam admisit.

Finis horum conciliorum erat remedium corruptionis ecclesiae Francorum, praesertim in rebus matrimonialibus.

Explicatio huius relaxationis est materia disputationis.

Notanda sunt duo.

Leges civiles tum Germanorum tum Romanorum qui in Gallia habitabant (lex romana Visigothorum, lex romana Burgundiorum) divortium permittebant.

Consensus episcoporum explicari potest per influum libri Paenitentialis Theodori Cantuariensis quod late vulgatum est in Gallia et in Germania et maxima auctoritate gavisum est.

Theedorus, natus Tarsi in Cilicia, missus in Angliam a Pontifice Vitaliano a 668, ubi ecclesiam rexit usque ad 690.

Interfuit concilium Herudfordendi a 673 in quo vera doctrina de indissolubilitate statuta est.

Attamen certum est eum usum fuisse disciplina Graeca in rebus matrimonialibus: forte propter difficultates practicas et maximas post concilium Herudfordense aris arbitratus est licitum esse ad praxim familiarem graecorum reverti.

Si ita explicatur relaxatio, origo ponitur in ecclesia greca et excluditur independens traditio occidentalis in favorem divortii.

Abusus qui ita incepérunt tandem aliquando sublati sunt, et non penitus ante magnam reformationem saec XI auctore Gregorio VII.

Textus de indissolubilitate matrimonii respiciunt indissolubilitatem intrinsecam

Mc 10, 11: Quicumque dimiserit uxorem suam, et aliam duxerit, adulterium committiit super eam (12) Et si uxor dimiserit virum suum et alii nupserit, moechatur.

Lc 16, 18: Omnis qui dimittit uxorem suam et alteram ducit moechatur: et qui dimissam a viro ducit moechatur

Mt 5, 32: Quia omnis qui dimiserit uxorem suam . . .

Mt 19 9: . . . quicumque dimiserit uxorem suam

Mt 19-3 - 19-6: . . . Pharisei dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa . . . Qui respondens ait . . . Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat

1 Cor 7, 10 . . . uxorem a viro non discedere. . . Et vir uxorem non dimittat.

Sola potestas solvendi matrimonia extrinsecus est potestas iuris divini.

Mt 19, 6: Quod ergo Deus coniunxit homo non separat.

DB 1767

Pius VI, citatus a Pesch VII §770, "manifeste patet matrimonium in ipso statu naturae . . . sic divinitus institutum esse, ut secum afferat perpetuum indissolubilemque nexum, qui proinde nulla lege civili solvi quaeat"

Sunt theologi qui admittunt quod secundo mandato divino lex naturalis non prohiberet quominus matrimonium certas ob causas auctoritate publica dissolveretur
 vinculi in genere)
 Thomas Suppl 67 2 (non agit de auctoritate publica sed de dispensatione Bellarminus, De Matr I c 27 § "Advertendum . . ."; I c 11, 3a prop; I c 4 Sanchez lab II disp 13 n 4
 Palmieri Sasse

Sicut non in natura legio — seu fundamento uestrum
 mandata divina

74

CIC 1120 ff

Joyce, Folia p 45.

Matrimonium fid infidelium etiam consummatum solvi potest quoad vinculum quando, altero coniuge manente in infidelitate, alter ad fidem convertitur.

Thesis videtur theologicis certa: S. Off., 11 Jul 1886, "privilegium a Xto Domino concessum et per apostolum Paulum promulgatum" Joyce Communis et certa: Sasse et Tepe De Fide: Dugas

Adversantur:

- a Jansenistae qui nullum divertium admittere volebant
- b Card. de la Luzerne (Instructions sur le Rituel, 1818, p 606)
- c Tabaraud. (DurContract du Sacrement de Mariage, 1825 p 277)
- d Binterim, qui tamen admonitas a Greg XVI sententiam revocavit

SSer I Cor 7 10-15

v. 15 Negatio servitutis aut ex eo quod pars fidelis non tenetur sequi et conciliari parte sine iusta causa discedente, aut ex eo quod vinculum solvit; atqui non primum; ergo secundum non primum: nam talis obligatio non existit etiam in matrimonio sacramentali; praeterea est gravis servitus vinculo ligari et usu privari

Vis argumenti ex contrastante v 10-11

PP

Chrys RJ 1190

Ambrosiaster ML 17 231 "Contumelia creatoris solvit ius matrimonii"
Aug De Conj Adult 1 25 31 ML 40 469 privilegium agnoscere non videtur
Theodorum Cantuar MG 119 768

Hincmar ML 125 732

Robertus Pullus ML 186 947

Gratianus c 2 C 28 q 2

Lombardus 4 d 29 ML 192 936

DB 405 406 408 CIC 1120 §1

Joyce p 17 "Vicinile videtur privilegium in plenam desuetudinem adesse paradigmata in eccl. latini canonum autem Thaddei illud reservare in mente Thesigorum"

Fit solutio novo matrimonio contracto DT 4 d 39 l 5 lm et TP committitur
CIC 1126 [Ag. firmissimam voluntatem suam]

"Discedere" "khôrizetai" cf DB 405 ubi applicatur "Contumelia creatoris solvit ius matrimonii" similiter Chrys.

Probabiliter "khôrizetai" intelligitur causative; est causa separationis per contumeliam creatoris etiamsi non physice discedit

Interpellatio requiritur CIC 1121; et quidem praecepto divino ita S.C.Inq. 12 Jun 1850; per se in forma iudiciali ab Ordinario quod tamen si fieri nequit sufficit inquisitio privata

Romanus pontifex potest sua potestate solvere matrimonium legitimum quod fidelis in infidelitate contraxit.

Hanc potestatem exercuerunt:
 Pius V, in constitutione "Romani Pontificis" 1571
 Gregorius XIII, in constitutione "Populis ac Nationibus" 1585
 CIC 1125 extendit has constitutiones ad alias regionibus in adiunctis similibus

Pius V tractat de populis ubi viget polygamia et divortium unde fiebat ut plane nesciretur saepe quaenam esset prima uxor legitima; nam prima a viro ducta, iam diu dimissa erat; et forte antequam ab eo ducta iam ab alio dimissa neque legitime ab eis ab ducta;

constituit Pontifex ut in istis populis liceret neo-converso eligere illam ex uxoribus suis quae sibi placeret, modo illa p^{re}parata sit fidem amplecti et secum baptizare

Gregorius XIII providit difficultatibus ex mercatura negritarum ortis: saepe enim fiebat ut interpellatio compartis proruss impossibilis evaserit, vel propter ignorantiam ubi latitaret, vel propter distantiam ingentem

constituit Pontifex ut facultas sit episcopis, parochis, missionariis in Angola, Aethiopia, Brasilia, dispensandi in his circumstantiis ab interpellatione et permitteendi neo-conversis ut, responso minime expectato, novum matrimonium contraherent.

Quaestio

Quid si per decursum temporis innotescit partem iam ad fidem conversam fuisse quando matrimonium initum ex tali privilegio?

Per praedictam constitutionem, novum matrimonium non dissolvitur sed firmum manet

Quaestio: quo iure

Alii (inter quos Azpilicueta et Sanchez) docent pontificem posse dissolvere matrimonium contractum et consummatum in infidelitate etiam si utraque pars ad fidem convertitur -- Haec multo probabilius, Joyce

Alii (ut Pontius, Benedictus XIV) negant pontificem tali potestate gaudere, et constitutionem explicare conantur tam uam casum specialem privilegii Paulini

Matrimonium ratum non consummatum per professionem religiosam alterius coniugis solvitur.

De fide: DB 976

Requiritur solemnis professio; vota simplicia non sufficiunt; ita statutum est a Bonifacio VIII (1294-1303) in c. un., III, 15, in VI. Vinculo ita soluto, licet sunt novae nuptiae parti derelictae.

Argumentum ex vitis SS.

Nullum argumentum certum ne in uno quidem casu ex hoc capite habetur: dubium adest vel matrimonium esse initum vel matrimonium non esse consummatum

S. Ioannes: dicitur apud V. Bedam (ML 92 633; 94 494) fuisse sponsus in nuptiis Canae; ex nuptiis ante consummationem ad sequendum Dominum ab ipso Domino vecatus esse.

S. Theclae, S. Alexii, S. Ethelredae (Beda, Hist Angl iv 19; Eddius, Vita S. Wilfridi, c. 24)

Theodorus Cantuariensis

Poenitentiale, II, c. 12, n. 12

Permittebat divortium in matrimonio rato et consummato propter ingressum in vitam religiosam, iusta morem graecorum.

Alexander III 1159-81 dirimens quaestionem de verbis de praesenti

DB 396

cf etiam c. 7, X, iii, 32 vide infra

Innocentius III

DB 409

Conc Trid DB 976

Theologi, interpretantes Alex III qui obligavit coniugem aut religionem ingredi aut ad compartem intra spatum duorum mensium redire, docuerunt neque virum neque uxorem teneri ad debitum reddendum ante duos menses post contractum elapsos
quod CIC 1111 antiquavit docens iura matrimonii incipere ab ipso initio

QUO IURE

Non videtur esse iure naturae, nam sola solemnis professio solvit vinculum, professio vero solemnis est ex pura institutione ecclesiastica, scil. ea professio quam ecclesia nominat solemnem.
Neque videtur esse iure divino cum a non constat de antiquitate b potest fieri dogma de iis quae tangunt potestatem ecclesiasticam e.g. DB 979

Ideoque dicendum est esse de iure ecclesiastico; et ita Suarez, Lessius, Wirsburgenses, Billot, Joyce [contra Thomas Cajetanus Drouwen qui affirmant ius naturae; Scotum Sanchez, Benedictum XIV, Palmieri qui affirmant ius divinum]

Alex III, Epist ad pp Brixensem, c. 7, X, iii, 32: "... Sane quod Dominus in evangelio dicit, non licere viro, nisi ob fornicationis causam uxorem dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloqui de his quorum matrimonium est carnali copula consummatum"

per dispensationem

Et iam in aliis casibus potest Romanus pontifex solvere vinculum matrimonii rati et non consummati.

Alex III, semel saltem (In c 2, X, iv, 13) dissolvit matrimonium ratum propter affinitatem supervenientem

In alio logo (c. 5(7), Comp I, iv, 4) sat clare insinuat ecclesiam posse dispensare in tali matrimonio

Post Alex III, primus Martinus V (a. 1415) hac potestate usus esse videtur.

Canonistae non desierunt affirmare pontificem tali gaudere potestate; theologi autem omnes (excepto Henrico Gandavensi Quodt 5 q 39) ne gaverunt.

Testante S. Antonino (Summa Theol, III, tit i c 21) aliquas huiusmodi dispensationes concessere Martinus V et Eugenius IV

Caietanus, saec XVI (ob 1543), hanc potestatem summo pontifici vindicavit; ex quo tempore saepius ad hanc potestatem in casibus difficilioribus summi pontifices recursum habuerunt

Caietani sententiam magis magisque at paullatim theologi approbaverunt. Negant tamen Pontius, Silvius, Drouwen. Acriter oppugnaverunt talem potestatem Iansenistae saec XVIII.

Benedictus XIV (Q. Can., q 479) dicere non dubitavit:

"Nullam de potestate Pontificis moveri per amplius posse quaestionem in eo quod adtinet ad dispensandum super matrimonium ratum et non consummatum.

Arguitur

Certum est Romanos Pontifices, saltem ex pluribus saeculis, hac potestate usos esse.

Atqui maxime temerarium esset dubitare de potestate qua frequenter usi sunt RR. PP.

Mai: agitur non de uno altero casu, de uno altero pontifice, uti in reordinationibus, sed de disciplina per plura saecula continuata et erga omnes fideles, ubi casus occurserunt, applicanda.

Min: supponere RR. PP. in tali casu errare esset supponere Xtum, contra sua promissa, permisisse ut positivus error locum permanentem in ipso systemate ecclesiastico sibi vindicaret.

Obicitur

R.

) Gonetus (De Matr. disp V n 16), PP secuti sententiam quam falso arbitrati sunt esse probabilem; prudenter egerunt quia probabile duxerunt; ultra vires egerunt quia sententia falsa.

Resp. Xlus non permittit vigere in ecclesia sua universalem disciplinam quoad administrationem sacramentorum et bonis moribus minime conformem.

1) Matrimonium ratum est vinculum iuris naturalis atque divini, quod dispensationem non admittit

Nego quod dispensationem non admittit: dispensatio enim non nocet proli, quae non existit; neque grave damnum infert coniugi, qui novas nuptias inire potest; neque timendum est ne in abusum vergat, cum sit apud solum R. P.

Praeterea, inter omnes nationes constat matrimonium fieri firmius ex consequente copula.

Tamen talis dispensatio est dispensatio; requirit iustam causam

junctio
Polygamia, inter baptizatos iure divino illicita et invalida est.

Mt 19 4 "et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sunt sed una caro"

Ergo iuxta legem Xti, duo, non tres, quattuor

Mt 19 9 Mk 10 11-12 Qui dimiserit uxorem suam et aliam duxerit moechatur
Si moechatur, prima dimissa, multo magis moechatur, prima detenta

1 Cor 7 4 "Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir; similiter et vir sui corporis potestatem non habet sed mulier"

Qui non habet potestatem sui corporis non potest ius in ipsum alteri tradere

At qui qui matrimonium init, tradit ius in corpus suum

Qui non habet potestatem sui corporis non potest matrimonium inire contrahere

At qui coniux non habet potestatem sui corporis

Ergo coniux non potest matrimonium contrahere

Maior: nam qui matrimonium contrahit tradit ius in corpus suum; qui tradit, habet tradendum

Minor: ex 1 Cor 7

PP: RJ 167 Athenagoras

186 Theophilus Antioch

1322 Ambrosius

Clem Alex MG 8 1183 Strom 3, 2

DB 408 Innoc III

cf Nicolaus I, ML 119 899 ad Bulgaros

465 Lugdun II oecum XIV

969 972 Trid DE FIDE DEFINITA

Rat: est symbolum unionis Xti et ecclesiae, quae est unius cum una

Polygamia simultanea etiam inter paganos est illicita.

77

Polygamia successiva licita est.

Rom 7 2

1 Cor 7 39 (hoc loco vox "legi" "nomoi" deest in melioribus codicibus)
1 Tim 5:14,15

RJ 88 (Hermas) 1349 (Hier) 1790 (August) 1097 (Epiphanius)
Amb ML 16 268 "Non probamus prohibemus secundas nuptias, sed non
probamus saepe repititas; neque enim expedit quidquid licet.
Hieronym ML 22 1052 Epist 123 9

DB 55 424 455 465 II 541
adde decretum pro Iacobitis
Benedictus XIV, "Etsi Pastoralis" a 1742
quaes citantur Joyce folia 60 P. 4 # 834

Nimis severitas sat communis in ecclesia graeca; vix admittitur
matrimonium secundum; imo, secundo imponitur poenitentia; tertium
quartum reprobatur.

Athenagoras RJ 167

Conc Neocaesarense a 314, admittit liceitatem, imponit peenitentiam can 7
Conc Laod, can 1
Greg Naz MG 36 291
Basilius MG 32 673

Basilius Macedo, imperavit 867-86, quartas nuptias iure divino irritas
declaravit et prohibuit

Leo VI, Philosophus, 886-911, filius Basili, hanc legem renovavit
at demortua tercia uxore cum prole careret quartas inivit
nuptias; exinde magna discordia in eccl graeca; patriarcha Nicholaus
Mysticus huius matrimonii validitatem admittere noluit; imperator
ad summum pontificem appellavit qui matrimonium validum declaravit.

at tanta fuit oppositio ex parte cleri graeci ut anno 920
syndus habita est ad quaestioem solvendam; unde decretum fuit
TOMUS UNIONIS a 921, quo quartas nuptiae prorsus invalidae dehinc
affirmantur; pacis causa summus pontifex Joannes X 914-28 hoc decretum
approbavit.

Polygamia simultanea post evangelium promulgatum etiam inter paganos illicita est.

4. ~~Quidam via infra~~

Communis sententia: inde ab exordio mundi polygamiam esse prohibitam; Deum in hac lege dispensasse patriarchis, iudeis; dispensationem hanc extensam fuisse gentilibus; promulgato evangelio, eam esse revocatam.

Quidam negant Deum ab initio lege positive polygamiam prohibuisse sed tantum normam proposuisse

Ita Durandus 4 d 33 a 1 Maldonatus De Matr q 1 Perrone III 34

Quidam negant dispensationem generaliter factam: in viris sanctis adfuisse dispensationem a Deo concessam (Abraham, Jacob); in reliquis Deum non dispensasse quia generatio polygamia contra finem primarium matrimonii (fere enim aequalis est numerus marium et feminarum, ita ut permissa polygamia alius complures alius nullam exorem habet; ideoque forte dicendum Deum tolerasse errorem, peccata materialia. Ita Joyce ~ quod tamen apparet alium non sit ita lenitum ut hic mutatis rite manus libatoe motu teat.

Quidam admittunt dispensationem generaliter factam iudeis sed negant extensam paganis.

Ita Sanchez lib 7 disp 81; Drouwen sect 3 q 2

Ex praxi ecclesiae

Ecclesia cogit polygamos conversos uxores omnes dimittere praeter primam solam (exceptis quibusdam dispensationibus specialibus)

Atqui si polygamia licita, haec praxis esset irrationalis, nam omnes aequo iure uxores legitimi, et saltum quam vellet retinere potuit conversus

Inde ab exordio existit obligatio monogamiae

Mt 19 8: Moyses... permisit... ab initio autem non fuit sic.

quae obligatio denuntiatur in verbis Adami inspiratis

ista verba sunt inspirata: Mt 19 4 "qui fecit hominem... dixit ista verba continent legem monogamiae

ex argumentatione Nicolai I (Cavellera 1371) Innoc III (DB 408: "nec ulli unquam licuit insimul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelatione concessum"

ex verbis Trid DB 969 "Xtus apertius docuit" ergo Deus antea docuit

Illa obligatio est legis divinae quae continetur in verbis inspiratis.

Dicimus ergo: inde ab initio existit obligatio monogamiae tum iure naturae tum iure divino; et si qua fuerit dispensatio, lege evenagelia promulgata revocabatur

Utrum legi naturae repugnat polygamia, dubitent Durandus 4 d 33 q 1 Caistanus (in Gen 16) Perrone III 34 Palmieri 113; multo communior est sententia eam absolute repugnare legi secundariae.

236

37

31

Ecclesia, et ea sola, habet potestatem statuendi pro christianis
impedimenta matrimonii dirimentia. DB 974

Termini: vide folia

Historia: Joyce, cap 6, 214-268

Adversantur:

Lutherus: negavit matrimonium irritari posse ullis legibus humanis,
neque alia esse impedimenta quam quae in Lev 18 contineantur, et
haec esse iuris naturalis DB 973

Henricus VIII: dispensatione papali uxorem fratri demortui duxit,
postea scrupulis permotus eam dimisit -- mordicus arguunt Anglicani
Pusey, Fuller, Watkins, episcopos angliae recte regi consensisse
Regalistae: olim Ockham, post Antonius de Dominis, Launoy; contractum
esse rem civilem, extra ecclesiae potestatem, sub potestate civili
tantum DB 1768-71 1774

Syn. Pistoriensis: DB 1559

Theologi et canonistae principiis Febronianismi imbuti qui partes
gubernii sustentabant

Petrus Tamburini, Praelectiones de Iustitia Christiana et Sacramentis, 1784
J. Le Plat, Dissertatio de Sponsalibus et Matrimonio, 1784
J.N. Nuytz, saec XIX, damnatus in brevi "Ad Apostolicam" a 1851 DB 1700

Etiam adversantur

- 1 Theologi qui admiserunt potestatem ecclesiae, at gubernium etiam
hanc potestatem exercere affirmaverunt
- 2 Multi theologi Gallici hanc sententiam tuebarunt quia potestas
civilis irritabat matrimonia inita sine consensu parentum, permittebat
compartes inire novas nuptias, cogebat parochos ista matrimonia
celebrare.
- 3 Ita ante conc Trid. Petrus Soto (De Matr lect 4) Catharinus (De clandestinis coniugii) hi tamen mortui sunt ante decreta Trid sess. XXIV
- 4 Post: Tournely, Collet, Gerbais, Icard in appendice ad Billuart,
Card. de la Luzerne, J. Carriere (post superior in seminario S. Sulpice)

Nota

Ecclesia habet potestatem: de fide definita, DB 974 973 982 /ad fin
Ecclesia sola habet: omnino certa, Pesch citat RR. PP. §§883 884; DB 1640

Pius IX: "et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea omnia decernere
quae ad idem matrimonium (christianorum) quovis modo possunt pertinere" DB 1640

Arguitur ex factis historicis Pesch §§875 ff
Basilius R 819 Conc Carthag = Statuta eccl anti uae vide nota p 291
Greg Magnus R 2299

Sola ecclesia: Pesch §§881-885

Adde, Leo XIII, Arcanum, "De sacramentis statuere et praecipere
ita ex voluntate Christi sola potest et debet ecclesia, ut absonum sit
plane potestatis eius vel minimam partem ad gubernatores rei civilis
esse translatam (vide Tepe n 816)"